
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

I. N. 114.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

1123
KW J32

EXERCITIA
ET
BIBLIOTHECA
Studioſi Theologiæ.

AUTORE
GISBERTO VOETIO
Theologiæ in Acad. Ultra-
jectinâ Profeſſore.

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

RHENO-TRAJECTI.
APUD WILHELMUM STRICK.
ANNO M DC XLIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Nobiliſſimis, ampliſſimis, prudentiſſimis, conſultiſſimiſque viris

JOHANNI van WEEDE
ANTONIO de GOYER } Celeberrimæ Reipubl. Vltrajectinæ Conſulibus.

GISBERTO van der HOOLCK Exconſuli, & in collegio Illuſtr. ac præpot. D.D. Ordd. Generalium nomine Provinciæ Ultraject. Deputato.

D. FRIDERICO RUYSCH Exconſuli, & Scabino.

D. CORNELIO BOOTH Senatori, & curiæ Provincialis nomine urbis Ultrajectinæ aſſeſſori, nec non Bibliothecæ publicæ curatori.

D. JOHANNI NYPOORT I. C., Reipublicæ atq; Academiæ Ultrajectinæ à ſecretis.

Nobiliſſimi, ampliſſimi, prudentiſſimi, conſultiſſimi viri

QUantum momentum ad literarum ſtudia adferant muti illi præceptores, libri ſcilicet ſapientum nemo ignorare poteſt, qui modo fando audiverit quid ſint ſtudia literarũ. Hinc eſt quod omnes verè literati pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

privatas ſuas, omnes item Muſagetæ & ſtudiorum patroni publicas bibliothecas certatim inſtruant; eaſque partem neceſſariam ſtudiorum & ſcholarum faciant. Sed ut in vivis præceptoribus aſciſcendis delectus adhiberi ſolet: ita etiam neceſſe eſt minus exercitatos manuduci in cognitione & delectu auctorum, qui ſtudiis & ſcopo cujuſque maximè conveniant. Hoc ſaxum dum annos aliquot in hâc Academiâ veſtrâ volvo, & præter meditationum noſtrarum promtam ac liberalem communicationem, quotidianis ſtudioſorum ſuper hâc re conſultationibus reſpondeo; factum eſt ut ad petitionem multorum in chartam tandem conjecta ſit hæc exercitiorum & bibliothecę Theologicæ ſciographia, & typographo tradita, quò multorum uſibus inſerviret. Quantum præſtiterim, & quam grata atque utilis hæc opera noſtra delicato & faſtidioſo hoc ſeculo futura ſit, noſtrum non eſt dicere. Saltem negari non poterit (modo abſit ignorantia, ignavia, invidia) quin ut aliquo labore mihi conſtitit, ita ſtudioſorum labores aliquâ ex parte per eam juvari & ſublevari queant.

Primum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Primum enim hoc indicio deducentur in cognitionem multorum autorum, de quibus ne fando quidem hactenus audiverunt, atque unà præſtantiores aut rebus ſuis magis accommodatos ab aliis diſcernent. *Deinde* hic lapides, ligna, calcem, aliamque materiam cujuſvis γνωστοῦ ſeu thematis meditationum, concionum, diſputationum, conſultationum, ſcriptionum, paratam habebunt: unde eligant forment, aſcient, ac in memoriæ theſaurum, & adverſaria ſua reponant, quæ uſibus ſuis inſervire putabunt. Nam ut omnia quis proprio ingenio & induſtriâ ſolus, aut etiam primus inveniat, non videtur eſſe ſortis humanæ: cum Deus omnia uni non ſit largitus, cumque ars longa ſit, vita brevis, occaſio difficilis, experientia fallax. Et quamvis rarâ quâdam felicitate hoc uni forte atque alteri contingeret, fruſtra tamen fieret per plura, quod fieri poſſet per pauciora. Quid etiam aliud hoc eſſet quam dona Dei contemnere, & in ipſius naturæ autorem ac bonorum omnium largitorem injurium eſſe? *Inſuper*, ſiquidem nec materiam meditationum & dictatorum aliunde conquirere, nec formam eorundem

mutuare neceſſe fuerit: non tamen inutile aliorum tum veterum tum recentiorum conſenſum contemplari, eumque iniquis Ariſtarchorum per imperitiam aut malitiam præſtantium virorum doctrinam admordentium judiciis obtendere. *Denique* cogentur juniores, aliique δοκησίσοφοι hâc nube teſtium hac turbâ eruditorum circumfuſi ſæpe deponere illud ſuperbiæ literariæ ſymbolum, *Nil admirari*: cogentur, velint nolint, multiplicem ſuam ignorantiam profiteri, cum tam varia tam multa hoc apparatu noſtro indicata videbunt, de quibus nunquam ipſis in mentem venit: cogentur criſtas ſuas deprimere, nec ilico ſibi tantopere applaudere, ſi in volaticum quod εὕρημα aut diobolare dictatum aliquando per dilucida ignorantiæ aut ignaviæ intervalla inciderint: hinc enim diſcent, ut plurimum verum eſſe illud, *Nihil dictum eſt, quod non dictum ſit prius*. Hoc ſane evenire videmus junioribus, aliiſque paucarum literarum & nullius lectionis hominibus, ut quia ipſi tanquam μονάζοντες, & contenti ſolis in ſe naſcentibus bonis, omnia commercia literaria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

raria cum mutis præceptoribus longiſſimè fugiunt, turpiter in ipſa ſæpe elementa ſcientiarum impingant, aut ſi quid non infeliciter parturiãt, admiranda, infanda, inaudita, & mera portẽta ſe edituros exclamẽt, primoſq; fore in hoc mundo iſtorum inventores, hinc ἀνεργέας ἀλφηστὰς, ſcientiarum omnium helluones ac promos condos omni jure eſſe ſalutandos. Cum tamen ea in obſoletis ſcriptis antiquorum, aut in recentiorum non ita tritis libellis utplurimum obvia ſint: ne dicam in vulgaribus quibuſque recentiorũ libris vel ipſis tyronibus multa pateſcere, quibus ἄβιβλοι & μισόβιβλοι illi utres tantopere inflati, ventoſas ſuas vertigines patiuntur, & rumpuntur. Atq; hoc malum debent vanitati & faſtidio ſuo; quo fit ut bonos autores ipſi non conſulant, aut aliis conſulturis è manibus excutiant ut tanto melius paleas & cucurbitas ſuas, viliſſimas ſcil. merces, extrudant. Alia ſana mens fuit viris omni doctrinæ genere excultiſſimis, quos non tantum antiquitas, ſed & intermedia ac ultima hæc ætas tulit, qui κορυφαὶς ἀρισ-

τῶν (ἐπιϛήμων volo dicere) ἀπὸ πασῶν decerpere glorioſum ſibi duxerunt: quorum ſane negligentiam imitari ſatius eſt, quam μετεωριζόντων quorundam obſcuram diligentiam. Nec tamen illi πολυμαθεῖς an πάνσοφοι ſeu univerſales (uti vulgò nunc dicuntur) hâc ſtudendi ratione vulgatum illud dicterium: *de omnibus aliquid, de toto nihil*, incurriſſe dicendi ſunt; cum in proprio aliquo ſtudio nihilominus ſupra reliquos ſui ordinis viros excelluerint, aut ſaltem cum excellentioribus, etiam cum excellentiſſimis paria fecerint. Quales in *antiquitate* fuerunt Ariſtoteles, Theophraſtus, Plinius, Plutarchus, & inter Chriſtianos Clemens Alexandrinus, Theodoretus, Tertullianus omnem ſæculi eruditionem complexus: *in mediâ* autem barbarie deſtituti orientalis & utriuſque literaturæ præſidiis, cætera tamen ob πολυμαθίαν admirandi, Rabanus Maurus, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Vincentius Bellovacenſis, Bartholomeus Anglicus, Guilielmus de Alverniâ dictus Pariſienſis, Iohann. Gerſon,

Petrus

Petrus de Aliaco, Nicolaus de Cusâ, Hieronymus Savanorola, Quibus in ſuo genere non cedunt, ex Judæis R. Aben Ezrâ, & R. Moſes ben Maymon, ex Arabibus Averroes & Avicenna; ex Chriſtianis Hebraizantibus Nicolaus de Lyra, & Raymundus Martini Barcinonenſis, omnes viri πολυμαθέϛατοι. Et *feliciori longe ætate viventes*, avorum ac noſtrâ memoriâ, inter *Theologos* Philippus Melanthon, Theodorus Bibliander, Oecolampadius, Petrus Martyr, Benedictus Aretius, Lambertus Danæus, Johannes Reynoldus, Franciſcus Junius, Guilielmus Perkinſus, Jacobus Capellus, Samuel Petitus, Franciſcus Gomarus, Auguſtinus Steuchus Eugubinus, Cardinalis Beſſarion, Nicolaus Serrarius, Johannes Molanus, Anton. Poſſevinus, Sixtus Senenſis, Iacobus Gretſerus, Iohannes Fileſacus; inter *Iuriſconſultos* Iohan. Reuchlinus, Cornelius Agrippa, Iohannes Bodinus, Ioh. Thomas Freigius, Franciſcus Hotomannus, Franciſcus Balduinus, Petrus Gregorius Tholoſanus, Iulius Pacius, Conrad. Rittershuſius, Chriſtophorus Beſoldus, Melchior Goldaſtus,

Carolus Molineus; inter *Canoniſtas*, Boëthius Epo, Covarruvias, Antonius Auguſtinus; inter *Medicos*, Marſilius Ficinus, Conr. Geſnerus, Theod. Zwingerus, Caſpar Peucerus, Georgius Agricola, Thomas Eraſtus, Hadrianus Iunius, Hieronymus Cardanus, Iohannes Heurnius, Andreas Libavius, Fracaſtorius, Hieronymus Mercurialis, Bauhinus; inter *Politicos* Picus Mirandula (quem Scaliger in commentar. ad Manilium, & Bellarminus de ſcriptor. Eccleſiaſticis jure merito tam magnifice deprædicant) Philippus Morneus, Philippus Marnixius, Andreas Maſius, Conr. Heresbachius, Franciſcus Bacon Verulamius, Michael de Montagne, Iacobus Auguſtus Thuanus, Philippus Canayus; inter *Philoſophos*, Iulius Cæſar Scaliger, Iacobus Scheckius, Iohannes Monlorius. Ioh. Nunneſius; inter *Mathematicos*, Sebaſtianus Munſterus, Petrus Ramus, Berneccerus, & qui etiamnum vivit, Athanaſius Kircherus; inter *Philologos* & antiquarios, Hermolaus Barbarus, Politianus, Ioachimus Camerarius, Eraſmus Roterodamns, Ludovicus Vives,

Ra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Raphael Volaterranus, Ioſephus Scali-
ger, Iſaacus Caſaubonus. Præter modo
laudatos poſſem nominare ex omni or-
dine eruditorum viros quam maximè
polyiſtoras etiamnum ſuperſtites: niſi
metuerem illud odioſum nimis futu-
rum, aut in adulationis ſuſpicionem in-
curſurum. Sufficiet ſpecimen catalogi,
quod texui, ſolidæ & multijugæ erudi-
tionis candidatis ad imitationem propo-
ſuiſſe. Sed erunt forte, quibus per tam
multas librorum farragines ſtudioſi con-
fundi, abduci, aut otiosè circumduci vi-
debuntur potius, quam manuduci & ju-
vari. Erunt alii, qui contra me minimè
huic negotio ſatisfeciſſe cenſebunt; in-
ſuper actum egiſſe, & poſt Homerum
Iliada ſcripſiſſe. Prioribus reſponſum vo-
lo, me non omnibus, omnia ſcribere &
præſcribere: ſed cuilibet deſpiciendum
relinquere, quæ & quanta pro captu, con-
ditione, & opportunitate ſuâ ipſi potiſſi-
mum capeſſenda ſint. *Si* cujus rationes
non ferant, ut apparatum eruditionis
theologicæ ſibi acquirat, illi magna pars
hujus bibliothecæ ſcripta non eſt. Sin
vero ignaviæ & inſcitiæ quis litare ma-

lit

lit, & ordinem fratrum ignorantium ingredi, quam ad eruditionis theologicæ faſtigium, cum ſatis poſſet, eniti; ſciat ille nullas ipſius hic partes eſſe, nullam etiam rationem habitam: juxta poriſma per contrarium ſenſum ex illo vulgato, ἐὰν ἦς φιλομαθὴς ἔσῃ καὶ πολυμαθὴς, eliciendum. Addo mei conſilii non eſſe, ut juniores per omne genus autorum ſe diffundant, antequam ſolida ſcientiæ cujuſque fundamenta ſucceſſivè jecerint: hac enim ratione ingenium obtundunt, & ſuperficiariâ atque hiſtoricâ quadam diſciplinarum cognitione leviter tingunt; ad abditos earum receſſus nunquam penetrant, nec proprios & accuratos conceptus formare diſcunt. Quæ via noſtris ineunda, quæ methodus ſervanda, ſatis ſuperque conſtabit ex lectione libri primi. Poſterioribus repono, non fuiſſe mei inſtituti, indices ſeu repertoria materiarum (uti vocant) ſpecialium, aut univerſales nomenclaturas, & catalogos quorumcunque ſcriptorum texere ad exemplum Geſneri, Bellarmini, Poſſevini, Sixti Senenſis, aliorumque quos citavi libr. 2. ſect. 1. cap. 1. ſed ſolummo-

do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

do apparatum generalem conſignare, atque una conſilium ſuggerere, quiſnam delectus in tantâ librorum multitudine ſit adhibendus: quamvis παρέργως ſubinde inſeram nomenclaturas nonnullorum ſcriptorum, qui in modo memoratis bibliothecis non comparent, & maximè tamen utiles ſunt. Quidquid hic deeſt, ſupplent lectiones noſtræ publicæ, nec non collegia & collationes privatæ, & ſupplebunt diſputationes noſtræ, & tractatus quos edimus: ubi affatim autorum Theologis noſtris indicamus; ita ut hoc nomine tanquam indices materiarum ipſis inſervire poſſint. Præterquam quod ejuſmodi autores inter alios in hoc apparatu generali deſignavimus, à quibus omnes alii notantur, qui ſpeciales materias pertractant. Atque hinc una conſtare arbitror, me actum non egiſſe, cum promtuarium hoc inſtruxi, quò conſerant ſe de quâcunque phraſi, termino, re, quæſtione, demonſtratione, interpretatione, elencho, reſponſione, amplificatione theologicâ meditaturi, ſcripturi, diſſertaturi. Expoſui nunc cauſas & rationes hujus ſcriptionis: reſtat inſcriptionis a-

liquas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

liquas aſſignemus. Non ſunt illæ procul quærendæ: Vobis enim peculiari jure deberi literarium hoc munus libens profiteor: vobis, inquam, quorum tam præclara exſtant ſtudia & merita in hanc Academiam, ejuſque Profeſſores & ſtudioſos, & in me meoſque nominatim, ut ab humanitate omni nedum ab ingenuis artibus alieniſſimus eſſe videretur, ſi quis plenis buccis id non prædicaret. Vos enim Nobiliſſ. & Ampliſſ. DD. Coſſ. & Exconſules una cũ Theodoro van Velthuyſen nũc μακαρίτῃ conſule & ſenatore, cum viveret, piiſſimo, prudentiſſimo, ac fideliſſimo, vos, inquam, ii eſtis, qui jam inde à primis Gymnaſii & Academiæ incunabulis, uſque in hunc diem, hoc eſt, ultra decennium, conſulum autoritate ac poteſtate, ſuis quique vicibus, divinâ providentiâ ita gubernante decorati atque inſtructi, anteceſſores ſtrenuos in hoc tam præclaro opere vos praſtitiſtis: veſtro heroico zelo & ductu potiſſimum, Illuſtre Gymnaſium apertum eſt anno 1634. idemque in Academiam evectum anno 1636. eademque ſucceſſu temporis magnificis veſtris auſis ita am-

plifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

plificata, ut nunc σὺν θεῷ quatuordecim ordinariis Profeſſoribus gaudeat, atque inſuper immunitatibus & commoditatibus quamplurimis, quæ ad ſapientiæ & pietatis, non vero ad inſipientiæ & vanitatis, faſtigium contendentibus non poſſunt non eſſe gratiſſimæ. Tuque Ampliſſ. D. Boot is es, qui non tantum communem operam cum inclyto hujus urbis Senatu, cujus partem haut ignobilem facis, adhibuiſti ad bene cœpta perpetuo urgenda ac promovenda; ſed etiam poſt curam ac præfecturam inſtructiſſimæ bibliothecæ tibi demandatam, tantâ cum induſtriâ & laude hoc munere defungeris, ut ſtudiosè conquiſitis undique & quâcunque occaſione (animoſæ magnificentiæ vento Ampliſſ. DD. Coſſ. & Senatus ſuaviter afflante) præſtantiſſimis ac pretioſiſſimis in quâvis linguâ, diſciplinâ, & facultate ſcriptoribus, eam ſupra omnes in *Belgio* bibliothecas ita caput efferre pares (niſi jam feceris) *quantum lenta ſolent inter viburna cupreſsi.* Quo nomine, ſicuti omnium facultatum Profeſſores ac ſtudioſi, cives pariter & advenæ tibi immortales gratias vovent, ita &

map-

mappam bibliothecariam, ſeu pictam bibliotheculam meam tibi potiſſimum convenire & deberi exiſtimo : non quidem ut partem faciat publicæ bibliothecæ, ſed ſolummodo ut locum inveniat in pluteo & pulpito tuo, tuque eam per otium ſubinde percurrens, deſpicias ſi quid forte ſit, quod multam lectionem & religioſam diligentiã tuam in tam confertâ librorum turbâ hactenus effugerit, quo realem bibliothecã tuæ curæ commiſſam ante omnia ditandam exiſtimes. Tu deniq; conſultiſſime D. Nypoort, Ampl. DD Coſſ. & inclyti Sen. perpetua quaſi manus, auris, & memoria, verè המזכיר *hammaskir* (ut Hebræorũ vocabulo utar, I. *à commentariis*, ſeu *ſecretarius*, q. d. monefactor) nunquã non deſtitiſti cõſilia ſaluberrima pro bono hujus Academiæ ſolicitè excogitare, eademq; captatâ quâvis opportunitate DD. conſulibus ac Senatui in tantâ negotiorum mole ac concurſu ſuggerere, commendare, in memoriam revocare : ne dicam Gymnaſium & Academiam noſtram elegantiſſimis tuis orationibus introductoriis, teque una cum eâdem Academiâ per easdem ora-

tiones

tiones æternitati conſecratum. Ita ut injuriam publico factam putarem, ſi veſtibulum hujus bibliothecæ & gymnaſmatum Academicorum nomen tuum non præſcriberet. Accipite ergo Nobiliſſ., ampliſſ., prudentiſſ. conſultiſſimiq; viri hanc qualĕcunque obſervantiæ meæ erga vos, & gratitudinis, quam tum meo tum publico Academiæ noſtræ nomine debeo, conteſſerationem: ita Deus noſter vos omni benedictione cumulet. Ultrajecti XIV. Kal. Auguſti clↄ Iↄc XLIV.

Nobilit. & amplitud. veſtrarum obſervantiſſimus

GISB. VOETIUS.

In-

Index Capitum.

LIB. I.

CAp. I. De delectu ingeniorum. p. 1.
II. De præparatione in ſcholis trivialibus. 7
III. De priori parte præparationis Academicæ. 9
IV. De alterâ parte præparationis Academicæ. 23
V. De curſu theologico in genere, & de pietate ſtudioſorum. 36
VI. De curſus theologici intervallo primo. 40
VII. De curſus theologici intervallo ſecundo. 52
VIII. De curſus theologici intervallo tertio. 69
IX. De diſputationibus publicis & privatis. 80
X. De orationibus & concionibus Academicis tum publicè tum public.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

publicè tum privatim habendis. 94
XI. De publicis prælectionibus. 97
XII. De privatis collegiis in genere; & in ſpecie de collegiis ſyſtematicis ſeu locorum communium. 116
XIII. De collegiis Elencticis. 125
XIV. De collegiis textualibus: ſeu ſcripturariis. 135
XV. De collegiis Hiſtorico-Theologicis, tum ſacris, tum eccleſiaſticis. 149
XVI. De collegiis Theologicis mixtis. 185
XVII. De collegiis & gymnaſmatis practicis. 200
XVIII. De Examinibus, peregrinatione, & ſupplemento ſtudiorum. 25[illegible]

LIB.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

LIB. II.

SECT. I.

Cap.I. De apparatu univerſali, ſeu de libris generalibus. 261
II. De apparatu ad pædiam, ſeu præcognita eruditionis generalia. 277
III. De apparatu linguæ latinæ. 296
IV. De apparatu linguæ gracæ. 304
V. De apparatu linguæ hebraicæ, aliarumque orientalium. 313
VI. De apparatu linguæ Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, Anglicæ, Germanicæ, Belgicæ. 321
VII. De apparatu Rhetorico, Oratorio, Epiſtolico.
VIII. De apparatu Poëtico. 333
IX. De apparatu hiſtorico. 342
X. De apparatu philoſophico in genere. 360

XI. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

XI. De apparatu Logico & mnemonico. 373
XII. De apparatu Metaphyſico. 375
XIII. De apparatu Phyſico. 382
XIV. De apparatu Medico & Chymico. 399
XV. De apparatu Mathematico in genere, item Arithmetico, Geometrico, Statico, Architectonico. 407
XVI. De apparatu Coſmographico, Aſtronomico, Aſtrologico, & computi & Kalendarii. 414
XVII. De apparatu Geographico. 418
XVIII. De apparatu Optico, Acouſtico, & Muſico. 432
XIX. De Philoſophiâ practicâ in genere, & de Ethica. 439
XX. De Oeconomico. 447
XXI. De apparatu Politico. 450
XXII. De apparatu Iuridico. 465

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

SECT. II.

Cap.I. De apparatu præcognitorum, & theologico generali. 475
II. De apparatu Theologiæ didacticæ, ſeu locorum communium. 479
III. De apparatu Theologiæ practicæ. 482
IV. De apparatu Theologiæ textualis ſeu ſcripturariæ. 496
V. De apparatu Theologiæ Elencticæ 539
VI. De apparatu Theologiæ Scholaſticæ. 598
VII. De apparatu Theologiæ patriſticæ, & Conciliaris. 604
VIII. De apparatu Iuris Canonici & politiæ Eccleſiaſticæ; ubi de liturgiis, ritibus, & agendis eccleſiaſticis.
XI. De apparatu Theologiæ hiſtoricæ,

ſeu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

CAPITUM.

ſeu antiquitatum & novitatum eccleſiaſticarum.

X. De *apparatu Theologico-Philoſophico.*

Dictum Imperatoris Juliani in epiſt. ad Ecdicium, quod grandi charactere excuſum foribus bibliothecæ ſuæ affigere ſolet ampliſſ. & literatiſſimus Theodorus Canterus, ſenator, cum viveret, & aliquoties conſul Vltrajectinus.

Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσι· Ἐμοί δὲ βιβλίων κλήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

1. *Alii quidem equos amant, alii aves, alii feras: mihi vero à puerulo mirum acquirendi & poſſidendi libros deſiderium inſedit.*

EX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

EXERCITIA ET BIBLIOTHECA Studioſi Theologiæ.

LIB. I. CAPUT I.

De delectu ingeniorum.

INdicem noſtrum partimur in duas ſectiones: quarum prior exercitia; poſterior bibliothecam indicabit: quibus præmittimus delectum ingeniorum ad ſtudium Theologicum. De examine & delectu ingeniorum ad maſculum quodque ſtudium ſive acroamaticum ſive exo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

tericum (quod utrumque requirit Theo-
logia) nos hic non agemus; ſed ex aliis
diſciplinis, quæ ex profeſſo hoc agunt
preſupponimus,& inde repeti,atque hui
inſtituto applicari volumus. Suffeceri
indicaſſe, per quos & unde ingenia illa ſe
ligenda. I. Per Profeſſores, aut Paſtores
aut utroſque ad hoc à Preſbyteriis, au
Academiis, aut Magiſtratibus, aut omniũ
iſtorum communi conſilio delegatos de-
lectum & examen illud cenſemus inſtitu-
endum: ita ut ſine ipſorum judicio & te-
ſtimonio nullus in numerum ſtudioſorum
Theologiæ cooptetur. II. Seliguntur
ingenia vel ex idiotis, vel ex ſcholaſticis.
Illic minus erroris & deceptionis pericu-
lum. Hic tamen major multiplicis ſeu
mavis omnis eruditionis perfectio exſpe-
ctanda: ſiquidem delectus ille feliciter
ſuccedat. Idiotarum delectus ordinariò
& tutiſſimè habetur in collegiis cateche-
ticis tum inferioribus tum ſuperioribus.
Hinc paſtores, ſeniores, ludimagiſtri, alii-
que ſive Catechiſtæ, ſive catechizationum
curatores & aſſeſſores de iis adoleſcenti-
bus, quos longâ experientiâ & familiari-
tate exploratos habent, ad eccleſias, aut
parentes, aut Mecœnates quoſcunq; pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

vatos & publicos, imprimis ad examinis & delectus modo memorati præfectos fideliter referre poſſunt: ut pietate, zelo, ingenio, memoriâ, eloquentiâ præſtantiſſimi in ſementem hanc Theologicam, & tandem in meſſem euangelicam extrudantur. Ætatem eorum nolo hic circumſcribere: ſiquidem experientia docuit, non paucos 18. immo & 20. anno, atque ultra demum ad prima latinæ linguæ elementa adhibitos, ſatis feliciter curſum linguarum, philoſophiæ, & Theologię & quidem brevi tempore abſolviſſe. Sed longè aliâ methodo ac ſingulari compendio atque artificio tales inſtituendi ſunt, ac pueruli in ſcholis Trivialibus: de quo conſilium meum alias expromſi, & ipſo facto illud in nonnullis oſtendi. In ſcholis claſſicis de idoneis ingeniis apud ſcholarchas, ſcholarum moderatores & hypodidaſcalos, imprimis etiam Catechiſtas eccleſiaſticos accuratè inquirendum. Quinam & quales inde ſint ſeligendi, ac quomodo educandi, docetur in politiâ eccleſiaſticâ. Errores, qui hic non raro committi ſolent, unde tot mala in Academiis & eccleſiis; ſatis indicabunt quid facto opus.
. Error eſt, quod nimis maturè Theolo

co ſtudio conſecrantur, etiam burſis, & beneficiis ad ſtudium illud alligantur, antequam de indole, ſtudio, & conſtanti eorum propoſito, conſtare poſſit. Quid enim de adoleſcentuli moribus & genio quis ſtatuat, qui 16. aut 17. annum non attigerit; aut ſaltem ad ſupremam claſſem nondum promotus ſit? 2. Error eſt quod non ſemper eligantur optimi. Ubi enim miniſtrorum æqualitas & humilitas obtinet, non raro ſeliguntur candidati Theologiæ (præſertim ſtipendiati) ex inferiori civium ordine: quod hic fere obtinet, ubi nobiles & patricii ad munera bellica; aut per ſtudium juris ad honores: ut & pleroſque lautioris conditionis aut ſaltem ſpei per mercaturam ad divitias graſſari videas. Alibi tamen aliter ſe res habet; ubi ex nobilibus, patriciis, primariis civibus æque ac ex plebeis præſtantiſſima ingenia frequenter ſeliguntur. Contra ubi miniſtrorum inæqualitatem, & gradus ſuperiores eccleſiaſticos non ſine autoritatis ſplendore & redituum amplitudine etiamnum retinent; non raro potentiorum filii, aut quicunque potentiorum favore prævalent, aliis ingeniis, pietate, zelo, & eloquentiâ longè præſtantioribu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

tibus præferuntur. Eſt & alius non levis error in delectu; quod nonnullorum concionatorum liberi ſæpe magis piis & excellẽtibus ingeniis ambitu hanc qualemcunque conſecrationem, & ſtipendiũ ſeu beneficium præripiant: quaſi ſcil. hæreditario jure ſacrorum cura ad ipſos devoluta ſit. Peccatur ergo, quotieſcunq; æqua lance non appenduntur dona cujuſq; ſed privatis caritatibus, aut mundanis ſive politicis ſive œconomicis conſiderationibus indulgetur. 3. Error eſt; quando carnali affectu magis & partium ſtudio, quam judicio & amore Dei hunc delectum peragunt: ut parentibus, patronis, fautoribus, magis gratificentur quam cauſæ Dei: ut magis miſereantur adoleſcentis, cui hoc vitę ſubſidio proſpectum volunt; quam eccleſiæ: ut ipſius privatæ conditioni & levamini magis conſulant, quam bono publico. Hinc videas ad ſtudium Theologicum aliquando protrudi eos, in quibus deeſt aut felix ingenium cum memoriâ; aut prudentia; aut in moribus modeſtia, ingenuitas, ſimplicitas, liberalitas, gravitas; aut, pietas & zelus; aut conſtantia & animoſitas; aut eloquentia; aut indefeſſa diligentia: quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

omnia in Theologiæ conſecraneis requi-
ri, nemo negaverit. 4. Error eſt,& qui-
dem epidemicus ac graviſſimus ; quod
qualiſcunque in adoleſcentum animis,
ſtudiis, votis, moribus, factis metamor-
phoſis incidat; raro tamen ipſorum con-
ditio mutetur: quaſi ſcil. prima deſtinatio
& conſecratio ad ſtudium Theologicum
& ad miniſterium character ſit indelebi-
lis, & ſemel ſtudioſus Theologiæ perpe-
tuo manere debeat, nec unquam ad aliud
ſtudii aut vitæ genus traduci, ſine jactura
ſalutis, & juſtitiæ violatione: quaſi reſi-
piſcentia & converſio à peccatis idem eſ-
ſet quod receptio aut reſtitutio ad ſtudium
Theologicum,& conſequenter promotio
ad miniſterium. Scilicet hoc antiquum
& rancidum illud effatum: Quid nunc fa-
ciet? quid de victu & pane lucrando fiet?
aliud nihil didicit, fodere nequit, mendi-
care erubeſcit &c. Ergo. Utinam ſimul
& ſemel profanæ illæ voces ab eccleſiis
& ſcholis noſtris exulent! utinam paren-
tes, patroni, Mecœnates omnes cogitent
ſe non minus officium præſtare Deo &
eccleſiæ, ſi ab ineptis aut profanis fucis ſa-
crum ordinem liberent, quam ſi idoneos
ad eundem adducant! Deus det illis & o-
mnibus

mnibus nobis hanc mentem , ut in ſingulas mutationum occaſiones intenti , nullis ſumtibus aut laboribus parcamus ,[7] quo omnes illos,quos craſſos , inſipidos , elingues , aut etiam moribus degeneres & in pejus proficientes,aut quâcunque de causâ á Theologico vitę genere alienos deprehendimus: ex cenſu Theologorum ad aliam quamcunq; vitæ occupationem, artes ſcil.mechanicas, mercaturam ,ſtudium literarum , aut Iuris , aut matheſeos , aut medicinæ &c. pro captu cujuſque ſubmoveamus. Ordinarias ſtationes ſeu periodos hujus delectus, & mutationis colloco in examine ſcholaſtico & promotione ex ſcholâ ad Academiam ; adhæc in examine & tranſitu ad ſtudia altiora ex.-gr. à philologiâ ad philoſophiam , à philoſophiâ ad primam partem curſus Theologici , inde ad ſecundã partem ſeu propoſitiones , denique à propoſitionibus ad examen præparatorium.

CAP. II.

De præparatione in ſcholis Trivialibus.

EXercitia ſunt vel præparationis, vel ipſius curſus Theologici. Præparatio

eſt vel in ſcholis claſsicis, vel in Academiâ. Prioris exercitia ſunt vel pietatis, vel ſtudiorum. Illa ſunt diligens auditio concionum; earundem notatio, repetitio ſive domeſtica ſive ſcholaſtica ſive utraque; adhæc catechizatio triplex; denique omnia pietatis exercitia domeſtica & privata: quæ ex libellis aſceticis accuratè diſcenda. Iſta deſcribunt particulares conſtitutiones ſcholaſticæ; de quibus nos judicium nobis non ſumimus: niſi quod Hollandicæ nobis ad ſolidæ & omnimodæ eruditionis guſtum magis comparatæ videntur: quas videat ſtudioſus lector. Tantum velimus addi in gratiam Theologię ſtudioſorum ad gradum ſuperiorem ſupremæ ſeu primæ claſſis, elementa linguæ hebraicæ, & progymnaſmata diſputationum theologicarum ex catecheſi Urſini, per argumenta & reſponſiones in formâ; inſuper impreſſionem aliquot dictorũ ſcripturę hebraicè & græcè ad ſingulas quæſtiones catecheticas: Denique mediocrem aut ſaltem primam impreſſionem artium poëticę, hiſtoricę, criticæ, grammaticæ generalis, Gnoſticæ ſeu pædiæ, hoc eſt, diſciplinę illius univerſalis quæ breviter delineet pleraque illa quæ in Al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

in Alſtedii Scholaſticâ, præcognitis philoſophicis, Theatri ſcholaſtici appendice; Henr. Nollii didacticâ & gnoſticâ; Keckermanni tabulis Logicę ſpeciali inſertis; Ameſii technometriâ; Gerſoni libro Italico, cui tit. Piazza univerſale, pertractantur: Cujus titulos & ſubtitulos ordine diſpoſitos, una cum indice autorum aliquando ſtudioſis communicabo.

CAP. III.

De priore parte præparationis Academicæ.

PRæparatio Academica duabus partibus abſolvitur: quarum illa laborat in diſciplinarum Trivialium repetitione & ſupplemento; iſta in aliarum diſciplinarum novâ plane, aut quaſi novâ impreſſione. Priori velimus dari annum integrum; & plus, ſi cujus rationes ita ferant: poſteriori biennium ad minimum; niſi anguſti rei familiaris, provectior ætas, aliæque particulares difficultates & rationes ad ſeſquiannum cogant. Prior dicetur nobis curſus artiũ & philologiæ: poſterior, curſus ſcientiarum, ſeu philoſophiæ. In priori cõſiderẽtur iſta 1. pietatis exercitia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

2. opus primarium. 3. opus ſecundarium
1. Pietatis exercitia eadem, quæ in ſcho-
lâ, hic urgenda, & quidem non ſine acceſ-
ſione & auctario: quò non parum facien-
repetitiones concionum, precationes
meditationes, earumque cenſuræ in infe-
riori ſeu minori collegio Proponentium
de quo infra.

II. Opus primarium eſt repetitio, au-
uberior ac ſolidior impreſſio linguarum
& artium, quæ in ſcholis Trivialibus ex
profeſſo tradi ſolent. Sunt autem utra-
que literatura; elementa linguę Hebrai-
cę; Rhetorica; poëtica; hiſtorica; Cri-
tica; Grammatica generalis; Pædia ſeu
Technologia, ſeu Diſciplina Univerſa-
lis; Logica; Mnemonica. Phyſicę, E-
thicæ, Sphæricę & Geographiæ (quæ in
nonnullis ſcholis docentur) ulteriorem &
operoſam impreſſionem malim rejici ad
curſum philoſophicum: ne ſtudioſi tam
variis & longè diſſidentibus diſciplinis ni-
mium ſe obruant. Aliter tamen ſtatuen-
dum de praxi Arithmeticâ & Muſicâ
quæ continuis exercitiis retineri debent
Obſervamus hic tum rationem & mo-
dum hujus impreſſionis, tum adminicula
1. Utriuſque literaturæ cognitio non vul-
garis

garis affectanda: Latinę quidem ad ſermonem, ſtylum, criſin; græcæ verò ad criſin. Si quis omnia pariter exambire nequeat; præſtat deficere illum in criſi linguę latinæ, quam Græcę; idque propter linguam originalem N. T.; ne quid dicam de 70. Interpr. V. T. de canonibus primorum Conciliorum, aliiſque antiquiſſimis antiquitatibus Eccleſiaſticis, quæ græcè ſcriptæ ſunt. Artium mediocris cognitio, & multorum tmematum ac capitum memoria localis ſufficiet ad alia feſtinanti: hinc etiam facilior earum repetitio, unâ quippe atque alterâ lectione peragenda. Logicam tamen excipio, & Rhetoricam: quarum illam imprimis & docētem & utentem familiarem ſibi reddat, ſi quis feliciter velit θεολογεῖν. Ad linguæ Hebraicę cognitionem paulatim aſſurgendum; adjecta ad elementa lectione ſyntaxeos Buxdorfii; & conſultis exceptionibus & anomaliis etymologicis, quotieſcunque quotidiana lectio textus biblici occaſionem dederit. Omnia autem illa ope incomparabilis theſauri Buxdorfiani abunde præſtari poterunt: ne quis per multos Grammaticos vagando tempus perdat, & reliqua ſtudia interturbet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

11. Adminicula ſeu media hujus impreſſionis ſunt, lectio, meditatio, notatio, ſcriptio, collatio, collegia, auditio. 1. Lectio ita inſtituenda, ut non tam multa legat, quam multum. Eſt autem ea tum artiũ, tum bonorum autorũ. 'Syſtemata ſeu compendia artium, quæ præ aliis legenda difficile hic eſt indicare. Minimam operę & temporis jacturam fecerit, qui iiſdem inhæreat, quibus in ſcholis claſſicis aſſuevit. Bonorum autorũ delectum indicabũt artifices in illâ arte: & occaſionem ac cõſilium ſuppeditabunt lectiones publicę & collegia: de quibus mox dicemus. Ne tamen in ullâ parte eruditionis planè hoſpes ſit; autor eſſem, ut præſtantiorem aliquem ex hiſtoricis, oratoribus, epiſtolicis, poëtis, dialogiſtis tum græcis tum latinis, tum antiquis tum recentioribus imprimis terat, ſibique familiarem reddat: adhibitis ſelectis commentarijs & notis, ſi quæ exſtent. Plures alios autores in unoquoque genere leviori & minus operoſâ lectione percurrat. De lectione N. T. gręcè, & V. T. Hebraicè, non eſt quod denuo inculcem: Hic obtineat illud: Nulla dies ſine lineâ. Ad univerſalis hiſtorię guſtum, & multarum rerum cognitionem conducet, ſi du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

rante curſu hoc philologico, ſubceſivis horis, aut potius in feriis Academicis legat Archontologiã Coſmicam, hoc eſt, deſcriptionem omnium imperiorum & Rerumpubl. quæ exſtat noſtrate linguâ, gallicâ, latinâ: tabulas item Geographicas Bertii, aut potius Atlantem minorem Mercatoris ex editione poſtremâ: adhæc Chronicon Melanth. & Peuceri ex poſtremâ editione cum ſupplemento in 8.; aut Mellificiũ Pezelii cum ſupplemento Lampadii: denique Thaumatographiam phyſicã Ionſtoni: Thaumatographias politicas ſeu civiles, & artificiales illâ methodo editas nondum vidi. Interim legẽt ſtudioſi Teutonicum de moribus Gentium; Lipſii admiranda; Pancirollũ cum supplemẽto Henr. Salmuth de veteribus deperditis, & novè repertis; Goulartii ſelectas hiſtorias: Lectiones Petri Meſſię & Antonii Verdier: Philippi Camerarii meditationes Hiſtoricas, Launęi Theatrũ Mũdi, & ſelectas hiſtorias &c. Sed malim ab aliquo compendioſe & methodice digeſtas, ut tempori & memoriæ conſulatur. Dici non poteſt, quam utilis iſtarum rerum cognitio, & quam commoda autorum modo citat. Lectio non tantum

Theo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Theologię, ſed & cujuſcunque eruditionis ſtudioſis: ne in hoc naturę & rerum humanarum theatro plane hoſpites ſint, & multis idiotis faſces ſubmittant. 2. Meditatio attenta in pleriſque requiritur; imprimis in iis, quæ memorię mandanda: qualia ſunt termini artium, & primariæ definitiones, diviſiones, canones ſeu regulæ; prçterea bonorum autorum, ut & V. ac N. T. rariores aut ſelectę phraſes, formulę, ſententiæ. Tantum quiſque ſcire putandus eſt, quantum memoriâ tenet. Videant quęſo juniores, ne in flore ętatis hanc præcipuam ſtudiorum partem negligant, & cum dedecore ac damno ſuo audiant Clerici in libro. 3. Notatio ſeu enotatio fiat ex conſilio eorum qui Oratoriis, hiſtoricis, poëticis &c. collegiis præſunt, aut de iis commentati ſunt: inter quos excellunt Keckermannus & Alſtedius, quorum ſcripta conſulenda. Ut tamen dicam quod ſentio: Pauci ſunt qui locos communes à ſe diſpoſitos aut implent, aut poſtea curant. Evenit hic plerumque illud: Principium fervet &c. Pleroſque ultra titulorum conſignationes vix procedere videas. Nec autor ſim, ut in hâc vitæ brevitate, & tot urgentibus ſtudiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſtudiis locos communes phraſium, aut rerum operosè quis conſcribat. De nudo indice (quid enim opus verba aut integros autores deſcribere) omnis generis orationum, poêmatum, epiſtolarum formularum &c. longè aliter judico: ſiquidem nō exſtet. Quod ſi exſtet, illius margini aut chartæ ſubjectæ ſuffecerit annotaſſe, quidquid ab illo prætermiſſum fuerit. Idem de phraſeologiis & calligraphiis, item de epithetis latinis, & græcis, oratoriis & poêticis ſtatuendum. Quid enim opus eſt fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora? Quid opus eſt actum agere, cum tam multa neceſſaria reſtent agenda? Ego puto eos tantundem facere, ac ſi de novo moliantur proprium Calepinum aut Lexicon. Cur non potius ad vulgares autores illos annotant aut in illis, ſi quid ſupra illos ſapiunt aut inveniunt? Nec tamen ex libris illis ſapient, aut ex libellis phraſeologicis ſua depromment; ſed ex ipſis bonis autoribus, quos tantò plures & tanto frequentius poterunt legere. De locis communibus rerum ſic ſtatuo; vulgares pleroſque, ut quidem conſignantur, deficere: quotuſquiſque enim extra titulos morales, aut eos quos habent Polyantheæ

Langii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Lãgii, Gruteri, Magyri, evagatur. Si quis perpetuo otio literario fruitur, ille pleniorem aliquem indicem materiarum conſtituat: autorum nomina ac libros notaſſe contentus. Quæ ratio mihi maximè arrideret, ſiquidem Theologiæ ſtudioſis, qui ad labores eccleſiaſticos evocandi, conveniret. Ne ergo conſultando, mutando, fingendo, refingendo, conſcribillando, inducendo, deinde quærendo ubi quid notandũ, ubi rurſum inveniendum, bonæ horæ dilapidentur, interim neceſſaria magis negligantur: præſtat uti hoc cõpendio, ut ad Dictionarium aliquod, cui pura charta inſerta, notentur promiſcuè loca autorũ in quibus vel de voce, vel de re aliquâ notatu digna obſervamus. Quod ſi autor aliquis rarus, nec ſpes ſit illum in bibliothecis noſtris aut alienis conſulendi ubi occaſio tulerit, & formalia ejus verba omnino exſcribenda videantur: jam conſultum puto ut verba illa adſcribas ad ſyſtema diſciplinæ illius, quo referenda judicas. Habet enim quiſq; autorem aliquem ſynopticum in quâque diſciplina, cui maximè aſſuevit: niſi in diſciplinis proxime poſt Theologiã neceſſariis proprios cõceptus & collectanea cõſarcinarit; quibus potius ad ſcribenda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

benda. Atq; hæc quidem de generalibus. Specialia ſi quæ occurrant, notanda loca autorum partim ad Dictionarium Hiſtoricum poeticum &c. partim ad Dictionarium, Geographicũ Ortelii, partim ad ſynopſin Hiſtoriæ Sleidani, aut Guberleti, &c. Quod ſi verba aliqua occurrãt omnino excerpẽda, nec ad ſyſtemata diſciplinarum commodè referri queãt: ea in ſolutis ſcedis, quæ literas alphabeti præferant, & juxta libros illos ſemper collocãdis, ſcribãtur. 4. Scriptio erit orationum, epiſtolarũ, poêmatum, hiſtoriolarum, thematũ græcorum, thematum Logicorum, vel ad exercitationem privatam, vel ex præſcriptione collegiorũ, de quibus mox agendum, Huc refer exſcriptionẽ ſelectorum quorundam commatum aut tmematum ſcripturæ hebr. & gr.: quod admodum juvabit memoriã. Memini ante paucos annos oſtenſum mihi à venerando ſene Iacobo Rolando Lugd. Batav. in tranſlatione novi Teſtamenti tunc occupato, totum novum Teſtamentum majori & eleganti caractere græco propria manu nitidiſſimè deſcripto, ad latus per columnas adjecta novâ ſuâ tranſlatione Belgicâ. Hæc & ſimilia exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

exempla debent excitare diligentiam noſtram. 5. Collatio quotidiana tum una legendo, tum examinando ſuper lectis & intellectis, tum repetendo & audiendo, quæ memoriæ mandata ſunt, tum denique per vices hebraica aut græca explicando, item partem autoris rhetoricè & logicè reſolvendo cum fido Achate uno atque altero inſtituenda. Uſus collationum & collegiorum ejuſmodi Gellianorum alii indicârunt. Addo ego imprimis neceſſaria eſſe ne quis in propriis, ſolitariis, crudis, & rancidis phantaſmatis putreſcat, & tandem poſt improbos labores inſtar nycticoracis lucem omnem ſtudiorum fugiat, perſuaſus ſe aut omnia ſcire, aut nihil. 6. Collegium Oratorium omnino neceſſarium, & quidem per integrum annum cōtinuandum, aut iterandum. Collegium poëticum, cui ingenium eſt, omnino ſuaſerim: ſi cui ingenium deſit, ei tamen verſificatorium non diſſuaſerim; ut ſaltem poëmata aliorum legere, & de iis judicare queat: niſi ſcholaſticis exercitiis putet judicium ſuum ſatis firmatum, atque adeo repetitiones & collationes privatas ſufficere. Collegium græcum etiam pœne neceſſarium, ubi græca exponendo, & ex iis

iis transferendo, ac vice verſa ex latino in græcum, inſuper epiſtolis, verſibus ſcribendis ſe exerceant. Idem ſtatuo de collegio Hiſtorico; in quo ſynopſis hiſtoriæ univerſalis, examinando percurratur: ut ad erotemata de perſonis, earum actionibus, origine, locis & temporibus, item de Regnis, Eccleſiis, & rebus naturæ aut artis admirandis juxta ordinem ſynopticæ deſcriptionis Sleidani, aut Glaſeri, aut Gutberlethi &c. reſpondeant; præterea quæſtiones ſeu controverſias hiſtoricas ſi non determinent hâc primâ impreſſione, ſaltem ad ſingulos articulos, & ſęcula ordine annotent una cum autoribus, qui eas pertractant; aut à præfecto collegii dictatas excipiant. Collegium hebraicum, ſiquidem elementa in ſcholis non didicerit, omnino habendum: ſin verò didicerit, ſuffecerit privata collatio. Quod ſi durante curſu philologico ultra elementa enititur, ad ſcriptionem ſc. thematũ ex tmemate aliquo ſcripturæ dictatorum, ut & ad lectionem biblicam ſine punctis, præterea lectionem Targumim, denique ad punctationem, & expoſitionem commentarii alicujus Rabbinici ad ſcripturam: extra collegium vix id præſtiterit, niſi magno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

no cum labore & temporis jacturâ. Antehac collegia ejuſmodi in hâc Academiâ aperuimus, ubi facile & feliciter ſtudia illa, quæ aliis tetrica videntur, tractabant ſtudioſi. Quod ſi generoſa ingenia illis delectantur, ut quidem delectari debent, non gravabimur aliquantulum temporis reliquis collegiis, & privatis ſtudiis ſubtrahere, ut operam noſtram hic ipſis commodemus. Collegium Logicum ſi quod habendum videatur hoc anno, (quamvis malimus ſtudioſos noſtros ad ſecundum differre, contentos tantiſper repetitione eorum, quæ in ſcholis didicerunt), examine & diſputationibus accuratius præcepta ejus percipiant: ſed imprimis in praxin incumbant, ſcriptione ſcil. faciliorum thematum & problematum ex Theologiâ catechetica, Phyſicâ, Ethicâ, Rhetoricâ, Poëticà &c. & analyſi capitum aut tmematum ex tritis ſibi autoribus, quæ exemplis geneſios, quantum fieri poteſt, reſpondeant; ut omnia tantò facilius & altius imprimantur. 7. Auditio erit lectionum publicarum in philologi, hiſtoriis, lingua græca & hebræa; adhæc diſputationum philoſophicarum & theologicarum, ſi
non

non omnium, ſaltem aliquarum; ut paulatim methodo & modo diſputādi aſſuefiāt.
III. Opus ſecundarium erit ſtudium ſacrorum; quod ſubceſivâ ſolummodo lectione & meditatione, & duobus collegiis altero dogmatico, altero practico circumſcribimus. Collegium dogmaticum ſuffecerit hebdomadatim ſemel haberi diebus ſc. Saturni aut lunæ: ubi examen & repetitio ſectionis catecheticæ, quæ pro concionibus & in catechizationibus, quas diligenter frequentabunt, explicata fuit. Nec prætereunda hîc diſputatio: in quâ objectiones quas habet coment. catechet. Urſini, (cum quo cōjungi poteſt Pezelius in examen Melāthonis, aut Wendelinus, aut quicunq; alius locorum communium ſcriptor qui tyronibus & alia agentibus conveniat) in forma proponantur & ſolvantur. Alterum collegium, practicum ſcil. itidem ſemel habendum cenſemus, & quidem, ſi ita fieri poſſit, diebus lunæ: ut quam minimum reliqua ſtudia interrumpant. In collegio illo repetent conciones tū textuales, tum catecheticas: (imprimis catecheticas) inſuper meditationes & precationes conſcribent: ſelectos textus hebr. & græc. à ſe deſcriptos & memoriæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

moriæ mandatos accuratè reddent. Se collegii hujus deſcriptionem infra exhibebimus. Quod ad lectionem Theologicam, nolim illis aliam imponere, quam ſcripturæ, Catecheſeos Urſini, & libellorum aſceticorum ex. gr. Praxeos Lud. Bayllii, Thomæ à Kempis de Imitatione Chriſti, Meditationum Ioh. Gerardi, & ſimilium quos infra nominabo. Lectioni ſcripturæ & Aſceticorum dabunt tempus aliquod ſingulis diebus, & horas omnes diei dominicæ à concionibus & catechizationibus audiendis, ac privatim earundem & cum aliis in familia repetitionibus vacuas. Lectioni catechetici commentarii Urſini ſufficient horæ aliquot diebus Saturni aut Lunæ, quando præparant ſe ad collegium dogmatico-catecheticum. Examen hujus curſus ſive in Academiis per Ephoros & præfectos ad id delegatos, ſive in patria ſingulis ſemeſtribus inſtituendũ putamus, non minus, immo multò magis quam in ſcholis trivialibus id fieri conſuevit. Ita ſtudioſorum diligentia excitabitur; & parentibus aut patronis proclivis ſemper erit occaſio ineptos aut malè feriatos ad aliud ſtudii aut vitæ genus ab ordine Theologico traducendi.

CAP.

CAP. IV.

De alterâ parte præparationis Academicæ.

ALteram partem præparationis Academicæ, voco curſum philoſophicum: cui adſigno biennium: niſi forte neceſſitas aliqua legem non ferat, aut ingenii excellentia ſuadeat ſeſquianno eum terminare. Hic conſideranda. 1. exercitium pietatis. 2. opus primarium. 3. opus ſecundarium 4. examen. De primo & quarto nihil addendum ad ea, quæ ſuperiori capite diximus. Eſt ergo opus primarium, impreſſio philoſophiæ cum appendicibus. Vbi nota. 1. quænam ſint imprimenda. 2. quomodo. 3. quibus adminiculis. 1. Imprimendæ ſunt præter Logicam, omnes ſcientiæ philoſophicæ; ſed non omnes pari neceſſitatis & accurationis gradu. Ac primo quidem omniũ accuratiſſimè & operoſiſſimè diſcenda eſt Logica, Metaphyſica, et pars illa phyſicæ quæ ad Ariſtotelis libros 8. de phyſico auditu, et libros de Anima à philoſophis tradi ſolet. In his verim eos excellere. etc. magiſterium, imo

& plus quam magiſterium ſibi acquirere
In primo hoc gradu collocarem etiam
Pneumaticam, Ethicam, Politicam, Oe-
conomicam, ſed quia pleraque & diffici-
lima in ipſo ſtudio theologico accurat-
tanquam partes ejus tractari debent, &
quid hic deeſt, commode ibi ſuppleri po-
teſt: parum refert, ſi quis fundamenta
cognitione tantiſper contentus ultimam
curam in illud tempus rejiciat. In ſecun-
do neceſſitatis & accurationis gradu col-
loco, Totam phyſicam ſpecialem, impri-
mis de cœlo, de Meteoris, de parvis natu-
ralibus, de corpore humano. Præterea a-
coll. cum Myſterio iniquit. Pleſſæi. Te-
tio, in lectione homiliarum aliquot Cy-
priani: & Chryſoſtomi, Baſilii, Nazian-
zeni gr. cum notis & ſcholiis. Quartò
in lectione utriuſque Seder Olam hebr
ut & Itinerarii Benjamini, Euãgelii heb
Mathei cum impugnationibus Iudeor. i
libro Nizzachon, & Munſteri ad eas re-
ſponſionibus: aut potius ipſius Nizza-
chon, cujus editionem vir eruditiſſ. nupe
promiſit. Quintò, in lectione libri au
capitum aliquot ſcripturæ Arabicè, ad
hæc Catecheſeos Arabico-latinæ, iten
liturgię alicujus: & ſi qui ſint iſtius gene-
ris libri, qui ad Theologicam ſuppelle-
ctilem quid conferunt, & una linguæ iſti-
us cognitionem promovent: Ut ſtudio
inter tot urgentes occupationes ſtudia iſt
non poſthabeant, conduxerit inſtituer
vel unam ſaltem atque alteram hebdoma-
dariam collationem, cum ſui ſimilibus
hoc eſt, iſtorum maximè gnaris aut cu-
pidis.

CAP

CAP. VIII.

De curſus Theologici intervallo tertio.

HOC intervallo repetenda & ſupplenda, quæ ſupra præſcripſimus: de quo lectorem pluribus non obtundam. Sufficerit operis primarii media indicaſſe, quæ ſunt 1. Lectio 1. compendii hiſtoriȩ eccleſiaſticȩ triplicis: antiquȩ à Pappo conſcripti, aut cujuſcunque alterius, ſiquidem haberi poſſit: Intermediæ apud Pleſſeum in Myſterio: & novæ tum ante Reformationem, Ibid.: tum poſt, apud Scultetum in Hiſtoriâ Reformationis, Sleidanum, Lampadium ſupplemēto ad Melliſicium Pezelii: Quod ſi cui tempus ſuppetat, poſſet addere Epitomen Annalium Baronii coll. cum Pleſſei Myſterio Iniquit. Medullæ ſeu epitomes Theologiæ patriſticæ per ſingulos aut ſaltem præcipuos lōcos communes, ſiquidem exſtet: Alioquin Enchiridio Auguſtini, cum commentar. Danei, & Catecheſi Reinerii Backhofii utendum. In diſputationibus

nibus hodie controverſis pro compendio-ſa manuductione ſuffecerit Polani ſyphonia Catholica: imprimis etiã in controverſiis Pontificiis Perkinſi Problema Catholicum: Denique Theſes Theologicæ Gerardi Voſſii olim Lugduni Batav. editæ (quas puto in Germaniâ alicubi uno volumine recuſas) multum proderunt. 3. Medullæ ſeu Epitomes Theologiæ intermediæ ætatis: cujus ſpecimen aliquod dedit Thomas Iameſius in capitibus inter nos & Pontificios controverſis: reliqua deſumi poſſunt ex Pleſſæi Myſterio Iniquit. uſque ad ſeculum decimum. 4. Epitomes ſanioris Theologiæ à decimo ſeculo uſque ad tempora reformationis: quæ duplex eſt alia ſeparatorum à Papatu (uti Waldenſium apud Ioh. Paulum Perrinum: & Wiclefiſtarum, atque Huſſitarum apud Illyricum in Catalogo, & Pleſſeum in Myſter., imprimis in editis eorum Confeſſionibus, apologiis, liturgiis & Cõſtitutionibus Eccleſiaſticis) alia non ſeparatorum: Teſtium ſcil. Veritatis apud Illyric. & Pleſſeum. Utriusque Theologiæ & intermediæ, & novæ nos indicium fecimus in Diſp. de Vi veritatis in medio Papatu &c. 5. Compen-
d

lii Theologiæ Scholaſticæ: ſiquidem illud non ſatis accuratè impreſſerit. Alioquin, velim hic ſuccedere lectionem ipſius ſummæ Thomæ, ſaltem in præcipuis locis & quæſtionibus: quæ ſcholaſticis magis propriæ ſunt. 6. Hiſtoriæ omnium Conciliorum, hæreſeoon, ſciſmatum: autores infra indicabuntur. Adde Prudentiam veteris Eccleſiæ à Cl. Vedelio editam: & epiſtolas Theologorum, quas infra recenſebimus: denique libros conſiliorum Theologicor. Ex his enim non tantum ſupplementum & confirmatio totius Theologiæ præſertim practicæ & politiæ eccleſiaſticæ: ſed etiam illuſtratio hiſtoriæ eccleſiaſticæ ãtiquæ, intermediæ, novæ petenda. 7. Codicis canonum eccleſiæ Universæ, prout à Iuſtello gr. lat. cum ſcholiis editus eſt. 8. Antibarbari Biblici Amama, Miſcellan. ſacrorum Fulleri, Seldeni ſyntagm. de DIs Syris, & ſimilium, qui philologiam ſacram attingunt: quorum catalogum infra exhibebimus. 9. Elencticorum: ſi aliqui forte ex ſupra intervallo ſecundo nominatis, legendi reſtent. 11. Meditatio 1. & quidem principaliter occupabitur circa ſelecta capita & loca ſcripturæ partim maximè difficili,

ficilia aut hodie controverſa, aut quan-
deatur pugnare inter ſe : partim ea quæ
propius & magis faciant ad Theologiam
practicam & concionatoriam : Talia n
profundè meditanda, operosè reſolvenda,
ſolidè explicanda, firmiter imprimenda,
& quidem in linguis originalibus, præſer-
tim ſi de tranſlatione aut explicatione vo-
rum diſceptetur. 2. Deinde diſtinctio-
num & determinationum Theologiæ
Scholaſticæ coll. cum noſtrâ Theologiâ
didacticâ & practicâ. 3. Elencticæ: ubi
argumenta pro & contra, cum ſolutioni-
bus & exceptionibus ſubtili judicio per-
pendenda, & iterum atque iterum, imo
vel centies (ſi ſcrupulus, aut nodus a-
cubi occurrat) in mente verſanda, ac cum
eruditioribus de iis conferendum ac diſ-
putandum : donec conceptus veritas
formam aliquam in nobis nanciſcatur, in
quâ mens evidenter acquieſcat. 4. Eorum
quæ reſtant ex Perkinſo, Baynes, Bolto-
no, Daniele Dyck, Preſtono, Thoma
Hookero profundiſſimis practicis, in ſuc-
cum & ſanguinem convertenda. In reli-
quis omnibus tam ſubtili & intentâ medi-
tatione haut opus : quia ad Theologiam
hiſtoricam, ſeu hiſtoriam Theologicam
plen-

pleraque pertinent,nonnulla ad gramma-
icam ſeu philologicam, quæ abſque ſub-
ili meditatione facilius intelliguntur,eti-
m lectione unâ atque alterâ memoriæ
nhærent. Itaque ad hæc ſtudia magis re-
uiritur, multa lectio & aliqua memoria
ocalis (ut vocant), quam ſubtilis judi-
ii intenta & profunda meditatio: Quod
i accedat promptum aliquod & ſtocha-
ticum ingenium; haut difficile erit paria
acerè cum multis vulgaribus Criti-
is, Philologis, Antiquariis, Eclo-
ariis, Patriſticis &c. Sed hæc ſoli-
um Theologum minimè facient; nec
ogmaticum nec elencticum, nec textu-
lem,nec practicum: niſi judicii tam the-
retici quam practici, & memoriæ circa
nodo dicta, valida atque aſſidua exerci-
atio accedat. III. Auditio, erit impri-
nis lectionum, quæ ad ſupplementum
extualis, elencticæ, & Hiſtoricæ Theo-
ogię maximè conducunt. IV. Scriptio
rit I. concionum. 2. textualium aliquot
cripturæ explicationum; imprimis lo-
orum quæ admodum difficilia, aut quæ
anquam inſolubilia ab Atheis, Enthuſi-
ſtis, Pontificiis vulgò objiciuntur. 3.
Enodationis & determinationis difficiliū,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

dubiorum, problematum, caſuum. Conſilior. Theologicor. V. Collatio o-cupetur in ſociâ,& curſoriâ interpretati-ne ſcripturæ ex originalibus viciſſatim ſuſcipiendâ. Adhæc, in ſociâ repetitione ſynopſeos hiſtoricæ Eccleſiaſticæ, & mu-tuo examine per erotemata, uti & quæ-ſtiones problematicas in dubiis aut con-troverſis. VI. Collegia præter ea, ſi quæ reſtant, ex intervallo ſecundo: 1. Hiſto-riæ Eccleſiaſticæ. 2. Theologiæ patriſti-cæ. 3. Iuris Canonici. VII. Enotatio e-rit eadem, quæ intervallis præcedentibus. Niſi quod hic præter ſynopſin hiſtoriæ ſacræ, habenda ſit ſynopſis hiſtoriæ eccle-ſiaſticæ, ad quam notentur problema-controverſa cum nucleo rationum & ex-ceptionum, adhæc locis autorum tum an-tiquorum tum recentiorum (ſi qui hæc attingant) quæcunque ſcil. author ſyno-pſeos non habet. Idem conſulere licet de ſynopſi ſeu Inſtitutionibus Iuris Ca-nonici, Ideâ Theologiæ Patriſticæ, com-pendio Theologiæ ſcholaſticæ. Quam-vis non negem hæc poſteriora ad ipſos locos comm. Theolog. etiam annotan-da. Sed utrobique ſi fiat, tanto promptius ſtudiis noſtris inſervient. VIII. Inſtit-

D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

io aliorum eſt duplex ſcholaſtica, & Ec-
cleſiaſtica. Prior præter inſtitutiones
philoſophicas & philologicas (præſertim
n orientalibus) de quibus in ſecundo in-
tervallo, habet. 1. collationem ſeu collegiũ
rivatum examinantium catecheticum,
ut ſynopſeos ſeu primæ impreſſionis lo-
or. commun. in gratiam tyronum. 2.
ollegium examinantium per erotema-
a, de hiſtoriâ ſacra V. & N. T. 3. Col-
gium minus Proponentium, ſeu repe-
ntium conciones. 4. Denique colle-
ium diſputantium de Theologico-phi-
oſophicis: ſi qui philoſophiæ cognitio-
e egregiè imbuti ſint, & dono diſputan-
polleant: quibuſvis enim Theologiæ
andidatis nolim hoc onus imponere.
cclesiaſtica Inſtitutio fiet 1. per conci-
nes coram populo. 2. catechizationes
ve publicas, ſive privato-publicas; eaſ-
ue duplices aut dogmatum juxta cate-
heſin noſtram; aut hiſtoriæ Biblicæ, ſi-
e totalis, ſive partialis. 3. Repetitiones
oncionum privatas in familiis; privato-
ublicas in cœtu catechumenorum. 4.
iſitationes ægrotorum, præſertim in
ublicis noſocomiis: quas primò inſti-
ent una cum verbi miniſtro aut ægro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

torum conſolatore; deinde ubi modu
methodum & libertatem hoc agendi m
diocriter ſibi comparârint, ſoli, ut ſic
in concionando ſic & in conſolando vi
miniſtrorum hic ſuſtinere queant. 5.
licubi mos hic obtinet ut Proponentes
patriâ eccleſiâ, aut in eâ, cujus curæ &
ſpectioni ſubſunt, admittãtur ad conv
tus preſbyteriales & claſſicos, ibique ſ
fragiis deliberativis dandis ſe exercea
aut ſaltem auditores ſint. Quod quid
inſtitutum puto utiliſſimum eſſe: &
tandum eſſet, ubique hoc obtinere. Qu
ſi rationes omnium eccleſiarum hoc n
ferant: velim ſaltem proponentibns ve
ranis & exploratæ fidei hoc concedi,
generalioribus agendis interſint, & ſi p
ſonalia quædam majoris momenti, qu
ut eos epoptas admittant, inciderint,
beantur abeſſe aut exire. Certe diffic
& durum mihi ſemper viſum eſt: qu
ſtudioſo ex ſcholâ prodeunti, cui fort
genda ejuſmodi eccleſiaſtica nunquam
quidem per tranſennam videre aut aud
contigit, tanquam præſidi & præfe
perpetuo regimen in eccleſiâ & ſynod
committatur. IX. Apparatum hujus
tervalli univerſalem (quem paulatim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

quâque occaſione ſibi acquirent ſtudioſi)
acio præter autores modo cit. 1. In hi-
toricis ſeu antiquit. & novit. eccleſiaſti-
is, Hiſtoriam Concil, Trid.: Hiſtoriam
leydani & Thuani: Hoſpiniani hiſto-
iam ſacramentariam: Lud. Lucii hiſto-
iam Ieſuiticam: Poſſevini apparatum ſa-
rum, cum Coco & Riveto de ſcriptis
atrum: Indices expurgatorios imprimis
Hiſpanicum poſteriorem: tract. Thomæ
ameſii de expurgatione ſcriptorum: In-
ices librorum prohibitorum: Chroni-
on Calviſii: Baronii annales: Martyro-
ogium Romanum ex editione Baronii,
um catalogo ſanctorum extra Martyro-
ogium, Philippi Ferrarii: Martyrologium
oſtrum: Martyrolog. Anabaptiſticum:
Menologium Græcorum: Laur. Surii
itas ſanctorum: Chytreum de ſtatu ec-
leſiarum in Oriente: Tomos Concilio-
um, aut ſaltem eorum epitomen: Au-
uſtinum de hæreſ. cum coment. Danæi,
at Hartm. Springlium: 2. In caſibus con-
ſcientiæ, Balduinum, Azorium, Tole-
um cum annotationibus Victorelli: ad-
e conſilia Theologica Melanthonis, &
piſtolas Auguſtini, Hieronymi, Nazian-
eni, Baſilii, Lutheri, Oecolampadii, Me-

lanthonis, Calvini, Bezæ, Zanchii, M-
tyris quæ editæ cum coment. in Geneſ
3. In Canonicis & liturgicis Miſſale, R-
tuale, Bullarium &c. Ius canonicum gl-
ſatum, alioſque autores, quos citavi
diſp. de Iure Canonico. 4. In Theol-
gia Scholaſtica, Thomæ ſummam cu
recẽtiore aliquo comentatore Sylvio, a
ſimili, ejuſdem ſummã contra Gentes
comẽtariis Ferrarienſis; Lombardum cu
recentiore aliquo comẽtatore; Gulielm
ſcil. Eſtio, aut ſimili. 5. In Patriſticis a-
tiquariis & controverſiis Pontifici-
Theſaurum catholicum Coxii; Harm-
niam confeſſionum: Opera Pleſſæi, Ch-
mieri Panſtratiam, Riveti catholicu
Orthodoxum; Pappi & Thomę Iame
bellum Papale; Willeti tetraſtylon Pap-
mi; Mortoni apologias catholicas: A-
nonymi (Sutlivii, ut opinor) Turco-P-
piſmum; Harmoniam Confeſſionum.
In textualibus & philologicis ſacris, F-
gium, Mercerum., Bezam &c. quoru
catalogum vide infra lib. 2. Atque ha
quidem de opere primario. II. Opus ſe
cundarium 1. In chronologicis lect
Chronici Euſebii cum animadverſion
bus Scaligeri & ejuſdem libro de Eme-
datio

datione Temporum: aut ſi quis compendio noſſe cupiat opiniones Scaligerianas, legat prolegomena Sethi Calviſii ad Chronicon ſuum, & conferat cum iis diſput. chronologicas Ioh. Paul ab Adenſtet. 2. In literis latinis ſimul & hiſtorico-Theologicis, lectio hiſtoriæ Ruffini, & Sulpitii Severi cum notis Druſii: adhæc Prudentii & Ambroſii contra Symmachum. 3. In literis græcis, ſimul & antiquitatibus, lectio Codini, dicti Curopalatæ, & Iuris Orientalis Græcorum à Leunclavio editi. 4. In Hebraicis lectio Tiberiadis Buxdorfii, & utriuſque Maſoræ (ſiquidem eam nondum attigerit:) adhæc in Thalmudicis Miſchnaiot cujus latinam trãſlationem viri docti nunc moliuntur, cum clave Thalmudica, dicta Halichot Olam: item tract. Thalmud. Middot, & Bava Kama, Sanhedrin, quæ omnia latinè nunc tranſlata ſunt. Hic ſi quis adhibeat eximium illud Lexicon Rabbin.-Thalmud. Buxdorfii, utique non erit difficile ſine præceptore in ſtudiis illis ulterius contendere. Cabaliſtarum arcanas nugas, ſi quis deguſtare velit, aliquem ex autoribus Cabaliſticis à Piſtorio editis, aut Reuchlinum de Verbo

mirifico. 5. In Arabicis conſectetur ...
tiſſimum tum quæ religionem & hi...
riam Saracenicam concernunt : tum, ...
tranſlationem & expoſitionem ſcriptu..., ...
& liturgica quædam : nam quæ ad ...
quas artes & ſcientias pertinent , aliis ...
guis & quidem pleraque originaliter ...
ſcripta habentur : & quamvis non pa...
mathematica, phyſica, poëtica &c. ab...
toribus Arabicè ſcripta ſint , propter...
tamen linguam non addiſcent Theolo...

CAP. IX.

De Diſputationibus publicis, & privatis.

HActenus ſtudii Theologici meth... dum , per tria intervalla delinea... mus : ſic tamen ut tertium extendi int... ligamus ad primos annos miniſterii, q... bus omnia opera abſolvenda putam..., quæcunque propter curriculi Academ... anguſtiam hærent imperfecta. Nunc p... blica & privato-publica exercitia d... neanda : quæ ſunt, Diſputationes, Dec... mationes , lectiones , collegia , exami...

1. D...

I. Diſputationes, quali methodo ac modo debeant inſtitui, hic non dicam. Preſſæ ut ſint, acroamaticæ, & Logicæ, abſque verborum ambagibus & rhetoricationibus præcipit apud nos communis ſcholarum conſuetudo: quam ego arbitror imprimis in rebus divinis eſſe laudatiſſimam: ubi etiam vera dicere periculoſum eſt. Ut jam non dicam hâc ratione ingeniis acroamaticis optimè inſtillari diſtinctos, accuratos & evidentes cōceptus de rebus difficilibus, obſcuris, aut intricatis. Inſuper ut frequentes ſint, ad minimum ſingulæ ſingulis hebdomadibus: ſuadet earum utilitas. Sed diſtribuamus diſputationes in primarias & imprimis neceſſarias: & in ſecundarias, ex abundanti ſcil. & ad bene eſſe neceſſarias. Illæ ſunt 1. Theologiæ didactico-elencticæ: quæ vel de ſelectis materiis: vel de tota Theologiâ à capite ad calcem haberi ſolent. Quod ſi quis Theologiam toties publico ſcripto nolit repetere atque ita actum agere, & chartas inutiliter conſcribillare (quod ſane decorè fieri nec debet nec poteſt:) conſultius erit ad publica ſcripta, catecheſin ſcil. Confeſſionem, Canones ſynodi Dordracenæ, liturgiam,

& con-

& conſtitutiones noſtras eccleſiaſticas[...]
dine diſputationes inſtituere; (uti an-
hac hic fecimus:) aut nudum ſyllab[...]
problematum typis edere: qualem [...]
aliquando dabimus: aut diſputationi[...]
de ſelectis ac rarioribus materiis & q[...]
ſtionibus de novo conſcriptis, problem[...]
ta Theologica à primo loco comm[...]
uſque ad ultimum, tanquam corollaria [...]
epimetra ordine ſubjicere: quomo[...]
à nobis nunc ultra biennium fieri conſ[...]
vit. 2. Textuales; quę duplices ſu[...]
Aut ad integrum librum ſcripturæ, [...]
ſcil. omnia dubia & interpretationes [...]
dine ventilentur (ſi cui accuratior ana-
ſis, aut vulgo non ita obvia, cum ſimilib[...]
ſcholiis & obſervationibus ſuppetat; ni[...]
vetat & illam adjicere: alioquin præ[...]
chartæ & operæ parcere, & auditores n-
ſtros, ad bonos autores ablegare.) Aut [...]
præcipua, aut ex illis quædam ſelecta [...]
quibus ſedem erroris ſui quærunt adv[...]
ſarii. Aut ad loca illa, in quibus dogm-
tum veritas ab Orthodoxis potiſſimu[...]
fundatur: quæ vindicentur ab except-
nibus. 3. Hiſtorico-theologicæ, de [...]
ſtoriâ ſacrâ V. & N. T. eâque aut in-
grâ; aut ejus aliquâ parte; aut particu[...]

aut ſelectis aliquot quæſtionibus. Nos ſpecimen ejus dedimus in Diſp. de Creatione. Secundariæ diſputationes ſunt. 1. Textuales; quæ rurſum triplices: vel quæ diſceptant de locis ſelectis aut difficilibus, ubi quid philologici, aut grãmatici, aut critici explicandum: vel de aliis, ubi quid philoſophici: vel denique de illis, ubi antiquitates; aut chronologica & geographica conferenda. Specimen dedimus in Diſp. de Tempore nativitatis Chriſti; de Agoniâ Chriſti; deque ejus Perfoſſo latere. 2. Philoſophico-Theologicæ: de quibus infra. 3. Hiſtorico-Theologicæ, ſeu Hiſtorico-eccleſiaſticæ; ubi antiquitates aut novitates Eccleſiaſticæ, aut Theologia patrum, aut intermediæ ætatis, &c. explicantur: tales ſunt noſtræ, de Iudaiſmo, de Gentiliſmo, de Iure Canonico, de Theologiâ Scholaſticâ, de Vi veritatis in Papatu; de donatione Conſtantini; de Peregrinationibus Cõpoſtellanis; De Patribus &c. 4. Mixti generis; quales ex. gr. quæ cenſuris perſtringunt Manuale Becani, aut Bellarminum; Catecheſin aut Apologiam Remonſtranticam; Hæreſin Socinianam &c. aut Theologiam Scholaſti-

cam; aut Ius Canonicum. Hic enim an pauca hiſtorico-Theologica Elenctis admiſceri neceſſe eſt. Atque hæc de diſputationibus publicis. De privatis nihil peculiare addendum: niſi ut, ſi fieri poſſit ex opponẽtibus aliquis aut alterutr ſemper ſit ex ſtudioſis magis veteranis & exercitatis. Quod imprimis etiam in publicis obſervari velim: immo ut omnes, ſaltem plerique ſint tales. Hi enim vitam dant diſputationi, atque adeo ſtudia auditorum, imprimis etiam Reſpondentis & Præſidis maximè promovent. Atque hæc de materiâ diſput. Sed addam nunc de formâ theſium, quæ ad diſputationem proponuntur. II. Variant illæ quod ad formam ſuam. I. Aut enim pro more Academiarum proponitur publicum ſcriptum, ſeu autor probatus ex. gr. Catecheſis aliqua, Confeſſio, Aphoriſmi Piſcatoris, Examen Melanthonis &c. II. aut commentatio aliqua Theologica à præſide (nõnunquam & ab erudito Reſpondente) conſcripta: quâ ſtudioſi in reſolutione & determinatione difficiliu ac intricatorum problematum, aut in ſolidâ plenâ, perſpicuâ ac methodicâ explicatione materiæ alicujus Theologicæ

qu

(quæ ampliorem illuſtrationem, ſeu mavis applicationem nunc requirit;) peculiariter juventur. III. Aut nuda problemata ſive ſcripta, ſive typis edita. Sceleton ſeu ſyllabum iſtorum problematum aliquando dedimus auditoribus noſtris in collegio privato: ſed poſtea conſilium cœpimus de augendis & longè aliter diſtinguendis ac digerendis. Sufferit modum & methodum iſtius ſyllabi plenioris quem affectum habemus, hic indicare. Ad ſingulos ergo locos communes ſeu titulos per totam Theologiam digerimus & diſtinguimus ea 1. In generalia ſeu thetica, & in magis ſpecialia ſeu hypothetica. 2. Generalia rurſum in ea quæ ſunt de capitalibus & fundamentalibus Theſibus in quoque loco communi; ſeu quæ continent controverſias principales: & in ea quæ ſunt de Theſibus ſecundariis; ſeu quæ continent controverſias ſecundarias. 3. Generalia quæ continēt controverſias capitales ſeu principales ſunt rurſum duplicia: vel de veritate articuli ſeu doctrinæ ex. gr. An filius ſit patri ὁμοούσιος; An ſpir. ſ. perſona divina; An ſint angeli, hoc eſt naturæ ſubſiſtentes. An in Chriſto ſint duæ naturæ,

turę, & conſequenter duo intellect
duæ voluntates realiter diſtinctæ &c.
de neceſſitate articuli, item de utilitat
jus ad praxin; quorum exempla dedim
in Diſp. de Neceſſit. & Utilit. Doctri
de Trinitate 4. Generalia, quæ co
nent controverſias minus principales ſi
rurſum duplicia: vel de theſibus ſecu
dariis iiſque tum dogmaticis; ex. gr.
ſint ordines & claſſes angelorum uti
dicto Areopagitâ deſcribuntur, An ſ
ritus ſ. procedat à filio, an verò per
lium, An ſcientia animæ Chriſti ſit in
nita, idque vi unionis perſonalis; tum ca
bus moralibus ſeu practicis, ex. gr.
pyratica privatorum in quoſcunque ſu
ditos hoſtium ſit licita, An Mercatu
ſervorum, An incendium navis propr
per pulverem pyrium &c.; vel de curio
aut abſurdis quibuſdam quæſitis aut c
biis, quæ revera & ſolidè determin
nec poſſunt nec debent, niſi per docta
ignorantiam, aut quæ ſimpliciter ab o
ni diſputatione rejicienda ſunt: ex. gr.
lud Scholaſticorum: An baptiſmus
legitimus qui confertur hac verboru
formula: Baptizo te in nomine patr
filii, & ſpir. ſ. & in nomine diaboli, Va
ſi

ſimpliciter rejice. Rurſum, An beati poſt finem ſeu immutationem mundi, aliquãdo mundum elementarem aut hanc terram inhabitaturi, aut ſaltem eam ſubinde inviſuri ſint. Reſp. Curiosè quæritur, & doctè ignoratur. 5. Specialia ſeu hypothetica ſunt duplicia vel minus problematica, vel magis problematica. Illa ſunt de quibus non ſine periculo aut ſcandalo diſſenſiones & diſquiſitiones pro utrâque parte in Scholis, nedum in eccleſiis Chriſtianis agitantur. Iſta ſunt, de quibus ſi quis ſimplici animo contrarium ſtatuat, præſertim in privatis collationibus, aut in exercitiis Academicis, poſſit id fieri ſine periculo & ſcandalo. 6. Priora ſunt quadruplicia. Primo, de particularibus Caſibus conſcientiæ, ex. gr. ſi quis pro uſu aleę, aut pro hodiernis choreis, comœdiis, poculis ſalutis, Trapezitis: item pro fuco, muliebribus virorum capillis, larvatis ludionibus &c. diſputet, & cum limitatione aliquâ vanitates illas licitas faciat. Secundo, de explicatione & applicatione textuum ſcripturę, qui theſis alicujus capitalis hypotheſin, & palmariam rationem, faciunt: ex. gr. Iohann. 17.5: pro ὁμουσίῳ filii: 1 Reg. 8. 27. pro

abſolu-

abſolutâ immenſitate eſſentiæ divin
Epheſ. 1. 19. Iohann. 6. pro efficacit
gratiæ. Tertio, de argumento aliq
claſſico, quo orthodoxi communiter pr
bant theſes capitales: ex. gr. Qui cre
aut qui adoratur eſt verus & unicus De
pro deitate filii & ſpiritus ſ. Quarto
controverſiâ aliquâ hiſtorico-Theolog
câ, ſive illa antiquitates ſive novitates e
cleſiaſticas concernat in controverſiis c
pitalibus: ex. gr. An Patres ante Con
lium Nicenum (quorum quidem ſcrip
nunc exſtant) docuerint doctrinam T
nitatis, ut quidem poſt Concil. Nic
num ea Catholicè defenſa fuit; An I
ſtinus Martyr negantes deitatem Chri
ſub Chriſtianiſmo & catholiciſmo co
prehenderit; An vocem ὁμȣσίȣ rectè i
ſtituerint & urſerint Niceni; An Ath
naſius rectè inchoârit ſymbolum ſuum
Si quis vult ſalvus fieri &c.; An Aug
ſtinus non exceſſerit modum, & ex co
tentione cauſam illam nimis urſerit co
tra Pelagianos. Sic ex novitatibus eccl
ſiaſticis, hæc agitari ſolent: An Calv
nus aliique Doctores in Galliâ, Belg
&c. non reformârint nimium, ita ut m
dicina modum exceſſerit; An Geneve

ſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſes Servetum juſto ſupplicio affecerint; An Lutherus cōtra Eraſmum rectè cauſam illam egerit de gratiâ Dei & libero arbitrio; An Zwinglius docuerit, Gentiles ſervatos fuiſſe abſque fide ſeu religione Chriſtianâ. 7. Poſteriora, magis ſcil. problematica, immo propriè & ſtrictè dicta Problematica, ſunt, quæ ab ipſis Orthodoxis non uno modo determinantur; ſed quæ alii affirmant, alii negant, alii de iis dubitant & ἐπέχουσι, alii eadem in utramque partem defendunt aut conciliant, alii ignorantiam ſuam profitentur, alii auditis utriuſque partis rationibus in medio relinquunt. Talia problematica quamplurima occurrunt in ſcriptis antiquorum & recentiorum: ſuntque illa ſex generum. Primum eſt, de hypotheſibus theſis alicujus ſecundariæ: ex. gr. Theſis ſecundaria eſt, de Ordinibus angelorum ſeu hierarchiâ cœleſti; ejus hypotheſes ſunt, de peculiari cujuſque hominis angelo cuſtode, item de tutelaribus angelis populorum, civitatum &c. Ejuſdem commatis: An fideles ſe mutuo cognituri in vitâ æternâ; An impii viventes noviſſimo die ſint morituri. Similia problemata non pauca occurrunt in moralibus,

practi-

practicis aſceticis, imprimis in Po[testate]
Eccleſiaſticâ circa adiaphora, ritus [a]-
genda, regimen ſpeciale: (Exempla ca[sum]
plurima habent ſtudioſi in prælect. [no]-
ſtris) quæ poſtrema cæteris paribus,
ſervatâ proportione minoris neceſſita[tis]
eſſe putamus, quam hypothetica dogm[a]-
tica, aut moralia, aut aſcetica. Secund[um]
genus problematicorum eſt, de quæ[ſtionibus]
hiſtorico-Theologicis. Quæ rurſum [du]-
plicia; aut de ſtatu inficiali, ex. gr. an [Iu]-
lianus apoſtata, cætera vir & princeps f[ue]-
rit tam illaudatus, ac quidem à patri[bus]
nonnullis deſcribitur; An Conſtanti[nus]
M. tam pius fuerit; An Silveſter II.
fuerit Magus; An Auguſtinus conde[m]-
nationi adjudicârit infantes ſine baptiſm[o]
decedentes; An Origenes tam abſur[das]
opiniones foverit, ac quidem vulgo [ei]
impinguntur: aut de ſtatu finitudinis [in]
dogmaticis quidem, ex. gr. An Orig[e]-
nes, ſiquidem ita ſenſerit, inter heter[o]-
doxos ſeu hæreticos ſit deputandus, Ite[m]
Tertullianus poſtquam Montani erro[res]
fuit amplexus &c.; In practicis verò tu[m]
præteritis ex. gr. An Ambroſius re[cte]
excommunicaverit Theodoſium; huc [re]-
fer omnia quæſita hiſtorica de conſili[is]
dic[...]

dictis,factis Concilior., Doctorum tum
antiquor. tum recentiorum, item hete-
rodoxor. & hæretic.,etiam extraneorum
Gentilium, Iudæor. &c.); tum futuris
quæ propriè vocamus conſilia eccleſiaſti-
ca, ſeu conſilia Theologica circa particu-
lares ritus, agenda, & regimen eccleſia-
ſticum. Tertium genus eſt, de explica-
tione textuum ſcripturæ qui ad probatio-
nem capitalis theſeos theologicæ ſed non
primariam aut palmariam adduci ſolent;
aut qui ad probationes & hypotheſes
theſis Theologicæ ſecundariæ faciunt;
aut circa quos critico-philologici, philo-
ſophici, hiſtorici, geographici ſacri quid
diſquiritur, ex. gr. de fluminibus Paradi-
ſi, de numeratione hebdomadum Danie-
lis,de perfoſſo latere Chriſti,de ſabbatho
δευτεροπρώτῳ &c. Quartum genus eſt,
de argumentis,exceptionibus,& ſolutio-
nibus quorumvis Doctorum per ſingu-
las materias & quæſtiones Theologicas;
quibus quæritur an ſolidè veritatem de-
fenderint. Vide infra deſcriptionem col-
legii locor. commun., ut & Elenctici,
quod voco eclogarium & criticũ. Quin-
tum genus eſt Philoſophico-theologico-
rum; quorum uſus eſt in diſputationibus
Theo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Theologicis, qualia quamplurima ex-
bet ſyllabus noſter Collegii Theologi-
philoſophici. Hic excipimus illa phi-
ſophica, ad quæ ultimò capitales qu-
dam controverſias reducunt nonnul-
quæ malè determinata ilico ruinam
incertitudinem veritatis ſecum trahu-
ex. gr. An cōtradictoria ſimul poſſent e-
vera; An Deus poſſit facere contradic-
ria; an corpus poſſit eſſe ſine quantita-
An corpus humanum ſit pars eſſentia-
hominis; an perſona multiplicetur-
multiplicationem eſſentiæ, an in unâ
ſentiâ poſſint eſſe perſonæ realiter, ſe-
parte rei diſtinctæ &c. & ſimilia quæ
cautis obtrudit Logica, Phyſica, & M-
taphyſica Sociniana. Hæc omnia, ut
philoſophicorum nomine pallientur,
controverſias neceſſarias, ſaltem ſecun-
claſſis referenda ſunt. Sextum genus e-
philologico-theologicorum; ex.gr. A-
tropus ſit in alterutâ parte enuntiation-
an verò in copulâ, an in totâ enuntiati-
ne; an vox Iehova, pronuntiari poſſit;
hæc aut illa phraſis N. T. ſit Atticiſmu-
aut Hebraiſmus, aut helleniſmus, aut Ta-
gumiſmus, aut Rabbiniſmus; qualia qu-
plurima apud recentiores philologos,
no-

ctis ad N. T. diſquirenda occurrunt. Atque hactenus de problematis ſeu quęſtionibus, ſecundum veritatis pondus, ac neceſſitatem digerendis. Sequitur agamus de diſtributione problematum ſecundum modum determinationis. Et ſic Problemata alia determinãtur affirmatè; alia negativè; alia cum diſtinctione; alia per doctam ignorantiam; alia per Diſquiſitionem permittimus. III. Addimus hic, poſſe diſputationum electicarum ſpecialium collegia ſeu curricula publicè, privatimque inſtitui; ex.gr. de controverſiis omnibus Iudaicis, Socinianis & Remonſtranticis, Pontificiis &c. Immo & de hiſtoriâ eccleſiaſticâ univerſali; aut ſpeciatim de hiſtoriâ antiquâ, intermediâ, novellâ. Forma autem earum duplex ſit; aut libera, aut adſtricta ad certum autorem, quem præ aliis cenſurâ notandum aut refutandum putamus ex. gr. ad Bellarmini controverſias; Becani manuale; catechesin Socinianam; Remonſtrantium confeſſionem, aut apologiam, aut catecheſin; &c. De his vide infra in collegiis elencticis.

CAP.

CAP. X.

De Orationibus & Concionibus A-demicis tum publicè tum privatim habendis.

UT Orationes Theologicæ aut à ſ diosis , aut à Profeſſoribus ſubin habeantur , ubivis fere obtinet : ut co ciones latinæ ad Academicos , alicubi; quidem non ſine fructu. I. De Oratio bus Theologicis hæc moneo. I. eas h beri poſſe quâvis occaſione imprimis feriis majoribus , aut minoribus : ne e ercitia ordinaria lectionum,& diſputati num nimis crebro interrumpantur. 2. ſtudioſis quibuſque, qui ſe offerunt, pra ſertim ab illis , qui in privatis collegiis ratoriis ſe exercent. 3. Materia ſit poti ſimum quadruplex. Primi generis cont neat themata ſimplicia tum dogmatica tum practica. Illa ſunt, providentia De Verbum Dei, miracula & prodigia , Ec cleſia &c. Iſta ſunt , Turpitudo peccat miſeria tentationum, conſolatio in cruce efficacia precum, martyrium &c. adde vi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

tes, & vitia iram, ebrietatem, invidiam c. imprimis, quæ patrum homiliis per-ctantur. Secundi generis contineat emata conjuncta, univerſalia; ex. gr. n ſit prædeſtinatio; an juſtificemur o-ribus; an in homine ſit liberum arbi-um æque ad bonum ac ad malum; an tres ſint norma interpretationis ſcriptu-rum &c. An uſura ſit licita; item an orcæ, comœdiæ &c. Tertii generis ntineat themata conſultatoria ſeu con-ia theologica, ex politiâ eccleſiaſticâ: orū ſegetem ſuppeditant prælectiones ſtræ de Politiâ eccleſiaſt.; & ſyllabus llegio Proponentium à nobis exhibi-s. Quarti generis ſunt themata hypo-etica, ſeu ſingularia, hoc eſt; hiſtoriæ tū cræ V. & N.T., tum eccleſiaſticæ. Il-ſunt partim fundamentales (ut creatio minis, lapſus, Nativitas Chriſti, paſſio c.; partim excellentiores ſeu illuſtrio-s quædam (ut diluvium, everſio Sodo-æ, Abrahami ſacrificium, patientia Io-, Unctio Salomonis, peregrinatio Pau-&c.) Iſtæ ſunt ex antiquitate eccleſia-câ, Chryſoſtomi exilium, labores & nſtantia Athanaſii, martyrium Cypria-, &c. ex novitate, Impietas Alexandri

III.

III. & VI. & Gregorii VII. aliorumq;
Pontificum; reformatio Lutheri,
Zwinglii &c. Fortitudo & Conſtan
Magdeburgenſium ſub Carolo V. H
aliaque ſexcenta ſuggeret ſynopſis hiſ-
riæ ſacræ & eccleſiaſticæ. 4. Autor
qui ad conſcriptionem iſtarum orationu
potiſſimum cõferant ſunt Chryſoſtom
Cyprianus, Baſilius, Nazianzenus, &
qui homiliarii ipſis ſimiles. Inſuper C-
vini inſtitutiones, & Tileni Theſes Th-
ologicæ; præſertim in orationibus pri
& ſecundi generis. Epiſtolæ item The-
logorum, in orationibus tertii gener
Denique hiſtorici, & vitarum ſcriptor
in orationibus quarti generis. II. I
concionibus latinis, aut ſubinde aut ſi-
gulis diebus dominicis coram Acaden
cis ſive in templo Academico ſive qu-
vis alio in loco ad id idoneo habendis: t
lummodo votum meum hic aperio. I
apparatu & methodo earum nihil hic p
culiariter dicendum: cum pertineat h
ad delineationem collegii practici, de q
infra. Quod ſi peculiari mandato & ſ
pendio concionator perpetuus & pecu
aris huic muneri non alligetur: poſſe
ſaltem conciones aliquot ſubinde hab
tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

tum à Profeſſoribus Theologis aut quibuſcunque aliis ad id idoneis, tum à doctioribus quibuſdam miniſterii candidatis.

CAP. XI.

De publicis prælectionibus.

LEctiones publicæ ſunt vel neceſſariæ; vel utiles, & proximæ neceſſariis; vel ex abundanti. Primi generis ſunt vel didactico-elencticæ, ſeu locorum communium, vel textuales.

I. Duplici ratione tradi poſſunt loci communes fusè, aut ſynopticè. Illo modo fit, cum 1. Theologia poſitiva, quam vocant, per omnes titulos & ſubtitulos operosè proponitur explicatione nominis, definitionis, cauſarum &c.; & ſingula ſcripturæ teſtimoniis probantur. 2. Theologia elenctica ſubjicitur hoc eſt, controverſiæ principales, & minus principales ad ſingulos locos communes enucleantur, per argumentorum adductionem, omnium exceptionum refutationem, objectionum ſolutionem. 3. Uſus practici explicantnr. 4. Hiſtoria antiqua

& nova doctrinæ & controverſiarum
jicitur; ſi non in omnibus ſaltem in q
buſdam, ubi id neceſſitas requirit. Et
lis fere ratio ſervatur à Polano in ſynt
mate. Sed hanc uti libris optimè pu
mus convenire, etiamſi longè operoſ
eſſet: Sic in Academicis prælectionib
incommodè & importunè adhiberi c
ſemus. Quando quis locos commun
abſolvet? quis ſtudioſus tam diu curſ
theologicum protrahit? quis catecheſ
fundamentis, & doctrinâ logicâ in ſch
lis imbutus perpetuo audire ſuſtinebit
integram horam inculcari ex. gr. fid
aut baptiſmi &c. etymologiam, varias
ceptiones, ſynonyma, genus, ſubjectu
objectum, cauſas, effecta &c.? Ne
eam de ſtudioſo Theologiæ, qui j
biennio aut triennio in linguis & phi
ſophiâ deſudavit; quique adeo in Po
no, aut ſi compendio ſtudeat, in ſyno
DD. Profeſſorum Leidenſium, aut C
legiis theſium in eâdem Academiâ ol
editarum, aut doctiſſ. & accuratiſſin
theſibus Cl. præceptoris noſtri D. G
mari, aut aliis ſimilibus poſitivæ The
logiæ ſcriptoribus, omnia illa min
temporis jacturâ legere poterit, aut ſi
i

ipſi ad exercitium Logico-Theologicū in ſcedis delineare. Idem dico de operoſa explicatione ſingulorum argumentorum pro & contra. Poſterior ergo ratio, ſynoptica ſcil. quin Academiis, & ſtudioſorum ac multorum eruditorum votis convenientior ſit nemo dubitabit, qui harum rerum expertus, judicia eorum, quorum intereſt, exquiſiverit. Theologia didactica ſeu poſitiva tyronibus in curſu philoſophico, aut ad ingreſſum primi intervalli Theologici in privatis collegiis (de quibus infra) commodiſſimè inculcari poteſt: & ita hactenus à nobis hic præſtitum; ad ſynopſim Leidenſem, aut Wollebium, aut Ameſium. Poſteriorem ergo earum, rationem, quam cum fructu & applauſu auditorum, ex perpetuo ipſorum voto, hic ſervare ſtuduimus, ſic delineamus. 1. Proponitur tota Theologia per omnes titulos & ſubtitulos; quæ duabus partibus conſtat, Unâ dogmatica, alterâ Practicâ. Illa continet ſub ſe omnes articulos fidei cum principiis, præſuppoſitis, & conſectariis. Iſta continet *primo*, moralia de bonis operibus in genere, & in ſpecie ad ſingula pręcepta decalogi. *Secundo*, Aſcetica, de exercitiis

pietatis. *Tertio* politiam eccleſiaſticam. II. Illa nunc in gratiam auditorum, ponitur binis lectionibus hebdomatim; iſta itidem binis: atque utraque ſquiennii ſpatio pręter propter abſolvitur, Quod ſi propter aliquas neceſſarias digreſſiones paululum poſt hac ſemel protrahi contingerit, ſaltem intra biennium abſolvendam ſpondemus, & curſu proximè ſequenti tanto magis contrahendam. III. Cum aliquo in curſu circa tractatum hunc, aut illum propter inſtantem occaſionem aut neceſſitatem ſive à ſtudioſis ſive ab adverſariis, ſive aliunde oblatam prolixiores fuimus; ſequenti curſu eundem brevius & facilius tranſmittimus: ne ſemper eadem aut omnia coram iiſdem eodem modo dicta faſtidium pariant. Idem plerunque facimus circa titulos illos, de quibus ſolidè, perſpicue, & ſyncoptice recentes tractatus editi, aut ſaltem tales exſtant, qui ſtudioſis familiares ſunt, aut ab iis haberi poſſunt; ad illos digitum intendimus: ſed ſi tractatus aut prolixiores ſint, aut difficiliores, aut ita haberi nequeunt; medullam ex iis breviter nostra & ſolita methodo exhibemus. IV. In ſingulis locis communibus ea potiſ-

numhabito delectu proponimus & ſe-
tamur, quæ partim ſunt, ſaltem ſtudioſis
oſtris videntur, difficillima: partim maxi-
ne neceſſaria, tum ad elĕchos adverſario-
um, tum ad praxin concionandi, & re-
iminis eccleſiaſtici; tum ad directionem
onſcientiæ, pietatis & converſationis
udioſorum, in hoc aut illo loco, eccleſiâ,
Gente &c. ubi vivunt, vixerunt, aut vi-
turi ſunt: hodie maximè exagitata &
ontradictionibus obnoxia: partim ra-
ora quæ autores ſtudioſis triti plane
rætereunt; aut leviter attingunt; aut
uorum plenior, ſolidior, & evidentior
xplicatio in iis non ita comparet; aut
ltem ſtudioſi conqueruntur, ſe nondum
iſtinctos conceptus, aut ſtabile aliquod
dicium de iis potuiſſe formare. v. Con-
exionem & methodum locorum indica-
nus revocando eos ad aliquos tractatus
. gr. de Chriſto Redemptore, de appli-
atione ſalutis, De Eccleſiâ, de Signis,
e quatuor noviſſimis, Bonis operibus
c. vi. In locis ſeu titulis particularibus
xplicatio noſtra habet iſta tria: præam-
ula, Quæſtiones, Praxin. Præambula
ndicant, ſedem hujus loci aut ſaltem ca-
italium ejus quæſtionum in ſacris lite-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ris. 2. Pondus & neceſſitatem hujus d
ctrinæ, aut controverſiæ. 3. Materias
quæſtiones in philoſophiâ & artibus, qu
ad defenſionem, aut intelligentiam,
faciliorem explicationem hujus loci
ſum ſuum habent: additis, plerumqu
ubi res ita poſtulat, nominibus & lo
præſtantiorum autorum, ſi qui præ a
utiliter hic conſuli poſſint, aut debea
4. hiſtoriam hujus dogmatis tum an
quam tum novam; quam compendi
ſius aut prolixius perſtringo, prout te
pus, aut auditorum utilitas hoc tuler
quod tamen in omnibus & ſingulis lo
& controverſiis non ſemper ſervamu
5. Autores antiquos, recentes orthod
xos, heterodoxos qui hanc materi
pertractârint; inter quos nominati
commendantur inſigniores, quorum
ſtionem maximè profuturam judicam
Duo poſteriora indicia aliquando pro
natâ inter appendices, ad tractatione
ſcil. hiſtoricam locorum rejiciũtur. Qu
ſtiones ſic pertractantur; ut 1. delect
habeatur, & ſecernantur generales ſ
theticæ, à particularibus ſeu hypothe
cis: Inter illas rurſum principales à n
nus principalibus; inter iſtas minus pr

blem

lematicis. Theticæ principales omnes
bſolutè ; & minus principales fere om-
es aut plerumque enodantur: Hypothe-
icæ pleræque leviori brachio perſtrin-
untur : aliquot ex iis ſelectæ ubi præ-
ens occaſio, aut autorum diſſidentium
utoritas, aut rei ipſius implicata confu-
io ita poſtulaverit, pluribus & ex profeſ-
o determinantur: quod imprimis obti-
et in problematis & caſibus nonnullis
Theologiæ moralis, & Politiæ eccleſia-
ticæ. Specimina aliquot hujus metho-
li noſtræ dedimus in Diſp. de Perfoſſo
atere Chriſti, de adoratione Chriſti, de
Homicidio & læſione ſui ipſius, de Feſtis,
de Vocatione Gentium, de Iure canoni-
co &c. 2. Status controverſiæ in quæ-
ſtionibus generalibus & principalibus
ſemper, in reliquis aliquando dexterri-
mè & accuratiſſimè conſtituatur, idque à
parte noſtrâ & adverſariorum : in quo
quamplurimum ſitum eſt. Hic unâ ope-
râ adverſariorum partim incruſtationes,
prævaricationes,& occulta dedecoris pro
parte ſuâ ; partim calumniæ & detorſio-
nes contra nos ; partim logomachię per-
ſpicuè detegantur & refutentur : quod a-
liquando fit explicatâ terminorum præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

cognitione: Alioquin ut plurimum p
ſupponuntur; neque enim idiotis le
mus. Hoc probe peracto, demonſtrat
nes ſubinde in nōnullis principalibus(e
in controverſiâ de deitate filii, & ſpiri
ſ., de autoritate ſcripturæ &c.) præte
& familiares autores, qui bene & ſole
hoc egerunt, duntaxat indicari poteru
in aliis claſſes præterea argumentoru
accurate diſponi,& breviter delineari ;
aliis, ubi opus, deduci, & propius app
cari. Hic imprimis notanda argumen
quæ ſolide non tantum,ſed etiam evide
ter convincunt, atque adeo primò erra
tibus & adverſariis ingerenda. Adha
obeliſco notanda, & ſubmovenda, ſi qu
minus ſolide ab aliis (præſertim ab aut
ribus, quibus ſtudioſi familiariter utu
tur) adferri ſolent. Denique claſſes a
gumentorum non tam Logico ordi
diſponantur ſecundum artem (ut ſc
præcedant ex ſubjecti antecedentibu
conſequentibus, repugnantibus deſur
pta; deinde ſequantur ex prædicati ant
cedentibus, conſequentibus &c.) qua
ordine facilioris convictionis & melior
ædificationis ſecundum prudentiam: Fa
teor quidem priorem ordinem, ſi perpe
tu

quo obſervetur, orthodoxi diſcentis & docentis memoriæ conducere: ſed ignorantibus, incredulis, & errantibus hic cõſulendum; & ſtudioſi noſtri tali methodo aſſuefaciendi, ut pro concione & in privatis colloquiis, inſtitutionibus, & diſceptationibus ſecundum eam ſua expromant. Erit ergo ſemper, prima claſſis earum demonſtrationum, quarum minor ex apertis ſcripturę teſtimoniis deſumitur. Secunda ex ratione aut rationibus ſcripturariis evidentioribus & maxime urgentibus. Tertia & forte quarta aut etiam plures (ſed vix hoc puto fore) ex rationibus & conſequentiis ſcripturariis directe ſeu oſtenſive idem probantibus, quamvis non tam evidenter. Quarta aut Quinta claſſis ex deductionibus ad abſurdum. Appendix erit gemina; quarum prior continebit argumenta ad hominem: poſterior conſenſum tum Antiquitatis eccleſiaſticæ, ex Conciliis, patribus, martyrologiis, hiſtoriis, &c.; tum novitatis, ex recentibus confeſſionibus, catecheſibus, liturgiis, apologiis, colloquiis publicis, aliiſque ſcriptis, dictis, factis orthodoxorum non tantum ſed & heterodoxorum aut illis affinium; tum omnium ho-

minum (ubi agmen ducunt ſapientes ... gumlatores, Iuriſconſulti, Politici, Ph... loſophi) etiam extraneorum, e. gr. Ge... tilium, Iudæorum, Mahumediſtaru... Moneo autem conſenſus iſtius univer... lis, aut particularis evidentiam non e... ubi vis adhibendam, niſi ubi controv... ſiæ celebritas, aut oppoſiti erroris & pe... cati indignitas & turpitudo, aut adver... riorum abſurda pervicacia & impuden... id requirit. 4. Exceptiones adverſus cl... ſes, aut peculiaria argumenta noſtra, ra... referendæ ſunt, nedum operoſe refuta... dæ. Ubi quis nôrit, eſſe quaſdam in qu... bus ſtudioſi ex lectione autorum ſibi n... ſatisfaciant; eas fideliter ex autoribus ſi... (facto librorum, & capitum indicio; ſi ... pus) proponat, exponat, & confirme... quantum fieri poterit; deinde brevit... perſpicue, & nervoſe refutet tum direct... tum indirecte, aut deducendo ad abſu... dum, aut retorquendo κατὰ ζίαιον: qu... refer reſponſionem ad hominem, qu... quidem in ſe non eſt ſolida, ſed eâ co... ſtringitur nihilominus adverſarius, qu... principiis & hypotheſibus ipſius ſubnix... In quo egregium artificem ſe oſtend... Anton. Zadeel. Nullibi autem mag...

exc...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

exceptionum & torſionum pertinacia & protervia retundenda, quam in controverſiis Socinianis. Illos ſed haut ęquis paſſibus ſequuntur Pontificii; qui tamen minus operoſe & moleſte profligâtur; quod principiis & axiomatis tam theologicis quam philoſophicis; adhæc conſenſu antiquitatis; immo & mediæ ætatis, etiam Theologiæ ſcholaſticę & Iuris Canonici, aliiſque ejuſmodi tanquam trabalibus clavis nimis teneantur. Anabaptiſtæ, Iudæi, & ſimiles plerumq; vix tamdiu ſtant in acie, ut duplicent, triplicent &c. Nos in prælectionibus ſubinde exempla damus refutatæ exceptionis: plura & perpetuo in diſputationibus: ut & in collegiis Anti-Pontificiis, Anti-Socinianis &c. Exercebimus aliquando in hâc arte ſtudioſos noſtros, ubi collegio peculiari examinabuntur Paludani vindiciæ Theologicæ, Renati Benedicti panoplia, Diſtinctiones illæ, quas Willetus excerpſit in Tetraſtylo, & præcipuæ diſtinctiones & exceptiones Socinianorũ. 5. Objectiones adverſariorũ, cũ replicis ad noſtras ſolutiones non eſt neceſſe referre, nedum refutare; niſi ſit argumentũ Achilleum, aut tale palmarium, quod quotidie in prima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

acie collocent adverſarii: aut de cu
ἀλύτῳ admodum glorientur: aut in q
evidenter diſſolvendo laborent, ſi n
fluctuent, aliqui ex Orthodoxis. Suffi
cerit ergo fontes præcipuos ſolutionu
indicaſſe; uti hactenus fecimus in pr
lectionibus, & ejus methodi ſpecimen
liquod publicè dedimus in Diſput. de A
doratione Chriſti, De ſimplici Eſſent
Dei &c. Quomodo autem ad ſingul
objectiones, & replicas, diſtinctiones il
aptandę ſint, ſatis docentur ſtudioſi in p
blicis & privatis diſputationibus, quæ ſ
tis frequenter habentur; nec erit id diffic
le iis, qui mediocrem ingenii perſpicac
à Deo ſibi conceſſam ſtudiis logicis,
philoſophicis excoluere, quique priva
& attentâ meditatione didicerunt form
re proprios conceptus. Ignavi, aut pu
Memoriſtæ, ſeu Theologi hiſtorici (i
loquar) aut Theologi in ſcedis & libr
ſuis nunquam hic rem facient, etiam
millies ad ſingula objecta ſolutiones ipſ
præformentur. Si quis enim ſophiſta, ar
gumentorum terminos, formam, ord
nem modo immutaverit, jam æque ipſ
aqua hærebit, ac ſi nunquã ſolutiones au
diviſſent. Praxis, dupliciter tractatur

Primo

Primo in locis dogmaticis, ubi Uſus potiſſimum conſolationum, & adhortationum indicari ſolent; & prolixius nonnulli deduci, ſi adverſariorum diſſenſio, aut alioquin graviſſimi in hâc parte defectus neceſſitas id poſtulaverit. Nos guſtum aliquem, uti arbitror, dedimus in Diſp. de Simplici Eſſentiâ Dei, deque ejus ſcientiâ,& de Trinitate; ut & Diſp. de Iudaiſmo,de Oſtentis & prodigiis &c. Secundo, in Theologiæ parte practicâ: ubi ſubinde, expreſsè tum conſolationes, applicatè ad varia objecta ſeu occaſiones, tum rationibus ſeu motivis: tum adhortationes cum motivis, mediis, ſignis tradere ſolemus: ſubinde implicitè tantum indicare: & ad Ameſii Caſus, alioſque practicos ablegare. Specimen locorum practicorum uſus deſignandi, exhibent Diſp. de Lachrymis, de Deſertionibus &c. Quæ autem methodus ſit deducendi & applicandi uſus alicujus practici ad conſolationem,adhortationem &c.docetur in Methodo concionandi.

II. Prælectiones textuales ſeu ſcripturariæ haberi ſolent pariter ad V. & ad N.T.; eorumque aut 1. integros libros. 2. ſelecta quædam capita. 3. ſelecta tmemata

mata, ſeu pericopas, quæ aut ſedes ſu[nt] locorum dogmaticorum, aut inſignem [a]liquam hiſtoriam, aut materiam practi[]cam continent. 4. Loca ſeu comm[]ſelecta: ſive ex toto N. aut V. T. ſive [] integro libro à capite ad calcem loca [] ſeligantur, ex quibus hodie in capitalib[us] controverſiis potiſſimum diſputant p[ar]tim Orthodoxi, partim Heterodoxi. P[] ro de methodo didiſcalicâ ſcripturæ ſe[n]ſum ex originalibus explicandi, & app[li]candi hic nihil monendum; cum hoc [] notum ex editis commẽtatoribus, (in[ter] quos Willetus in Hexaplis, conjunct[] cum philologo & textuali magis ſchol[a]ſte ex. gr. Mercero, aut Beza, aut Ai[n]wortho, perfectiſſimum mihi exemp[lum] præbuiſſe videtur); ſic etiam ab aliis [] alibi plus ſatis dictum ſit. Unum hic ta[n]tum ſuggeram interpretationem ali[am] eſſe curſoriam, aliam plenam & oper[o]ſam. Illam comodiſſimè nonnunqu[am] adhiberi in integris libris, aut ſelectis c[a]pitibus tum dogmaticis tum hiſtoric[is] percurrendis; primo, propoſitâ gener[ali] quâdam analyſi; ſecundo dubiis & qu[æ]ſtionibus textualibus (ſi quæ occurru[nt]) circa phraſin originalem, hiſtoriam, []

re

em ipſam ſeu ſententiam textus) brevi-
er determinatis; tertio, indicatis ad ſin-
ulas analyticæ diviſionis & ſubdiviſio-
um partes aut particulas doctrinis & u-
ibus non quidem omnibus, nec commu-
ibus fere, aut alibi recurrentibus, ſed
nmediatè ex illo textu, & peculiariter
uentibus. Talis curſoriæ iuterpretatio-
is exemplar ut ſtudioſis ſubinde exhibe-
tur, videtur poſtulare plurium eccleſia-
um conſuetudo, nbi unius horulæ ſpa-
io integra aut dimidia capita, aut tmema-
a pro concione explicantur. Quod ad lo-
corum ſeu commatum ſelectorum ſylla-
bum, quorum genuina interpretatio, &
a pravis detorſionibus vindicatio impri-
mis ſtudioſis noſtris inculcanda; is ple-
nior aliquando conſtruendus. Quod ad
rationem & methodum operosè & ſoli-
dè ſingula explicandi ac vindicandi, in-
venient eam ſtudioſi in dubiis Euangeli-
cis Spanbemii, quorum tres tomi jam e-
diti. III. Præter has lectiones abſolutè &
primò neceſſarias; ſunt & aliæ ſecūdò ne-
ceſſariæ. Quas triplices facimus dogma-
ticas, textuales, hiſtoricas. Primi gene-
ris ſunt quibus ſyſtemata controverſiarum
ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

(ex.gr. & quidem imprimis Iudaicaru
Pontificiarum, Sociniarum) ex profeſ
& fuſius explicentur: ſive id fiat adſt
ctè, ad primarium aliquem autorem ele
ticum ex adverſariis, e. gr. Bellarminu
aut ejus compendium, Manuale Beca
&c.: ſive liberè, juxta methodum The
logiæ; quomodo ex. gr. Stechmann
Sociniſmum oppugnavit. Secundi ge
neris ſunt triplices. Primæ, quibus ord
ne excutiantur præcipua loca V. & I
cis, & Fabritii Paduani Catenâ temporis; aut, ſi facilitatem & compendium quærunt, atque excerptis contenti ſunt, in Alſtedii præcognitis Theologicis, cum quorum lectione jungent repetitionem eorum quæ antehac in Aſtronomiâ ejuſdem Alſtedii, & Keckermanni legerunt. Quod *ad poſteriorem partem*, ea ex Alſtedio loc. cit. aut ex aliis compendiis chronologicis (Chytræi, aut Himmelii, aut Bellarmini, aut Helvici &c.) deſumi poteſt: idque dupliciter vel ſupputando ſecundum communem opinionem, vel annos exactos. Utramque ſupputandi rationem compendioſiſſimè exhibere conatus eſt Henr. Samerius Ieſuita in Chronolog. ſacrâ, edita in fol. anno 1608. Atq; hęc quidem de impreſſione ſynopſeos hiſtoriæ univerſalis: cujus geminam appendicem faciat, qui velit, unam de regnis & politiis ſpecialibus, alteram de partibus orbis regionibus, & locis celebrioribus per tabellas nudè propoſitam: uti egregiè hoc præſtitit Heniſchius in epitome Geographiæ Politiarum tabella ex Keckerm. hiſtoricâ, & cap. ult. Politicæ deſumatur. II. *Secundam*, quiſque ſine collegiis ſeorſim comparet ex lectione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

triplicis, autoris; 1. *topographici*, qua
ex. gr. Anglis eſt Camdenus, Hiſpa
Nonius, Batavis Hadr. Iunius & Bo
hornius &c. 2. *Politici ſpeciales*; qualis e.
Anglis eſt Smithus, Venetis Conta
nus, Helvetiis Simlerus, Batavis H.G
tius &c. cujuſmodi ſcriptores Rerump
blicarum in toto orbe collecti, & ed
ſunt Lugdun. Batavor. apud Elzeviri
3. *Hiſtorici rerum geſtarum*; qualis ex. g
Belgis noſtris ſunt Reydius, Petrus Bo
re, Meteranus. Quod ſi anguſtia ſpa
Academici non permittat lectionem P
tri Borre (qui tamen aliquando legend
eſt), percurratur ſaltem Reidius, a
compendium Meterani, & cum eo co
jungatur repetitio libelli cui tit. *Horo*
gium Belgicum, aut *Speculum Iuventutis*,
quidem in ſcholis vulgaribus eum in ſu
cum & ſanguinem non converterit: qu
alioquin omnino fieri velim. De hiſto
ſingularum Provinciarum, immo & ci
tatum, ex. gr. Hollandicâ, Geldricâ, F
ſicâ, Ultrajectinâ, Leidenſi, Dordrace
Amſtelredamenſi &c. non auſim l
quidquam monere; idem dico de Le
bus & ſtatutis municipalibus aut ſpecia
bus tum politicis (ex. gr. Hollandici
Tran

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Tranſiſulanis, Friſicis, Ultrajectinis &c.
tem civitatis Leidenſis & Rhynlandiæ,
ivitatis Amſtelredamenſis &c.) tum Ec-
leſiaſticis (ex. gr. Geldriæ, Zelandiæ
&c.): vix enim tempus ſuppetet ad tam
pecialia deſcendendi. Itaque rejicienda
æc cura, ad tempus miniſterii, aut otii
terarii: poterunt tamen conſtitutiones
ccleſiaſticę, in patriâ cujuſque receptæ,
mel atque iterum percurri. 111. *Tertia*,
equirit collationes & collegia. Quamvis
utem omnia, quæ huc pertinent unis
ollegiis abſolvi queant, malim tamen in
uos actus diſtingui, aut bina & diſtincta
ollegia inſtitui: ut prioris generis abſol-
ant hiſtorica ſtricte ſic dicta actiones,
aturales, civiles, eccleſiaſticas, œcono-
nicas, artificiales, ſecundum ordinem in-
ervallor., articulor., hiſtoriarum; po-
erioris generis, genealogica, chronolo-
ica, topographica, Architectonica. *Illa*
eragantur examine, *partim* per ſimplicia
rotemata (quod tamen minimè neceſſa-
um, ſi catechizatio hiſtoriæ ſacræ in
cholis trivialibus, in familiis, in colle-
iis catechumenorum obtineat.); quæ
xhauriant *primò* articulorum & hiſtoria-
um titulos; *Deinde* & ſubtitulos ſeu ſum-
maria,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

maria, ex hypotheſibus ſeu lemmatis, q
novæ tranſlationis bibliorum noſtratiu
aut Franc. Iunii lat. aut Deodali Ita
ant tranſlationis Anglicæ ſingulis cap
bus præmittuntur; *Denique*, ſingulas p
ticulas, puncta, & circumſtantias: *par*
& imprimis per dubia & problema
ad hiſtoriam ſacram V. & N. Teſta
quorum ſyllabum diſcipulis noſtris co
dictare, addita etiam rudi delineatio
reſponſionum ac ſolutionum, & ſubit
indicatis autoribus, quæ aliquando pe
cienda & expolienda, ſi Deus voluer
quod ſi non fiat, dabimus ſaltem ali
occaſione ſpecimina diſputationum a
liquot hiſtoria ſacras, ex. gr. de Adve
Magorum, de crucifixione Chriſti,
plagis Ægypti, de Diluvio, &c. Auto
qui materiam hic ſuppeditant, ſunt p
ter Torniellum & Salianum, comen
tores in Geneſin, & Exodum Perer
Willetus, à Lapide; & poſtremus eti
in Numeros, Deuteronomi.: Monta
Serrarius, Maſius in Ioſuam: Marty
Iudicum, Samuelis, Regum: Lavate
in Paralipomen., Ruth, Nehemiam:
Lapide in Euangeliſtas, Pareus & Pe
gus in Matheum, A Lapide & Zanc

n Acta. *Iſta* itidem examine per utriuſq;
eneris erotemata: ut ad priora reſpon-
eant ſimplici declaratione, & probatio-
e, indicatis ſcripturæ teſtimoniis; & ubi
umerus aut collectio aliqua occurrit, ta-
ellis & ſchematiſmis, ut & verſibus me-
norialibus: ad poſteriora vero reſpon-
eant diſtinctione ac determinatione, ob-
ectionum ſolutione, conciliatione ἐναν-
τιοφανῶν. Erunt a. partes horum colle-
iorũ, quatuor prædictæ, cum unâ ſuper-
umerariâ ſeu appendice. 1. eſt *Genealogi-
a*, quæ vel ſecundum ordinem librorum
cripturæ genealogias examinat, ex. gr.
Gen. 5. 10. 11. 25. 36. & 46. Ex. 6. Rut. 4.
1. Paral. 1. 11. Eſdr. 2. & 8. & 10; vel
ercurrit ſyſtema univerſale totius genea-
ogiæ ſacræ; cujus ideam exhibet Lavate-
us tabulis ſuis, quas cõmentariis in Paral.
nſeruit; & plenius anonymus I. S. cujus
enealogiæ vulgo compingi ſolent cum
ibliis Anglicis. Cum his confer *B*rough-
oni concentum ſcripturæ, & repræſen-
ationem temporum, perſonarum &c.
& epiſtolam hebraicam ad Rabbi Abra-
am Ruben; adhæc Alſtedii præcognita
Theolog., & Gomari Diatriben de Ge-
ealogiâ Chriſti; præterea hiſtoricos, uti
Tor-

Torniellum, Salianum, Iacobum Cap
lum; imprimis comentatores ad loca m
do cit. & ad Matth. 1. Luc. 3. alioſq
ſcriptores, qui illic citantur. Appendic
ſyſtematis genealogici facient: diſtrib
tio ſacerdotum & Levitarum per claſſe
Succeſſio Pontificum ab Aarone uſq
ad templi everſionem; genealogia H
monæorum, & Herodis. 2. *Chronologi*
quæ examinat ſacram notationem & ſu
putationem temporum, idque ordine
cundum libros & capita ſcripturæ; a
ſyſtematice juxta ſeriem & diviſione
temporum. *Priorem* ordinem ſi tenea
proponenda ad quemlibet librum gen
ralia hæc erotemata: Quando vixerit a
tor: quando ſcriptus ſit hic liber: qu
annorum geſta complectatur (ſi ſit lib
hiſtoricus), aut quamdiu protraxerit pr
phetias ſuas (ſi ſit liber propheticus
Erotemata & dubia particularia ordi
proponentur circa res & actiones illas c
juſque libri, quarum tempus diſertè i
notatur, aut de quorum tempore dubiu
movetur ab interpretibus ad concilian
ſcripturæ *ἐναντιοφανῆ*. Poſteriorem o
dinem ſi teneas, hoc eſt, hiſtoriæ ſacr
tempora ſi ſyſtematicè digeras & deline

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

quod omnino faciendum puto), deſumi poteſt N. T. chronotaxis partim ex Monoteſſaro, quod Corn. à Lapide præmiſit omentar. in Euangeliſtas & in Acta & piſtolas ubi ſimplex & perſpicua temporum notatio; partim ex Annalibus Baronii, aut eorum epitome, aut ſi quis hic compendio ſtudeat, ex Alſtedii præcognitis Theologicis, aut *Himmelii Chronogia biblicâ* quam inſeruit ſuo memoriali iblico in 4: Chronotaxis Vet. Teſt. ex hytræi chronologiâ Herodoti & Thuydidis, aut Himmelio, aut Davide Pareo, aut Helvici theatro, aut indice in hronicum Beroaldi, aut ex aliis vulgarius compendiis chronologicis deſumaur. Quod ad dubia & problemata conoveria, eorum pleniorem ſyllabum ſuppeditabunt inter & ſupra alios Henricus hilippus Theologus Ieſuita, in diſputaionibus chronologicis nuper editis: multa etiam quamvis non omnia, annotavit oh. Behm. in Chronolog., & Himmeus loc. cit. Rationes & determinationes problematum ex profeſſo moliuntur oſt Scaliger. in arduo opere de emendaone temporũ & in Euſebianis ad amuſim ejus Calviſius in prolegom. chronologiæ

logiæ ſuæ ; & diſſentientes ab illo Di
nyſius Petavius in Rationario temporu
Cunr. Paul. ab Adeſtet in diſput. chr
nologicis, & Philippus modo cit. Dav
Pareus in chronologiâ. Porro Bero
dum, Temporarium, Mercatorem, Go
donum, Lydiat, Torniellum, Salianu
Iacobum Capellum, Ioh. Behm, Hel
cum, Samerium, Samuelem Petitu
Rob. Pontanum, Ioh. Deckerium, Ph
lippum Lansbergium, Brougthonum
concentu ſcripturæ, & commentar.
Danielem, & complures ejuſmodi
profeſſo chronologicas controverſias tr
ctantes hic ſtudioſis noſtris non indicab
neque enim fert ratio hujus collegii,
curriculi Academici infinitos illos aut
res inter ſe diſceptantes conferre. Ide
cenſeo, de diſputationibus chronologic
quas habet Raynoldus in prælectionib
ad libros apocryphos, Pererius, aliiq
comentatores in Geneſin & Danielem
&c. l'Empereur in prolegom. ad Iarchi
dæ coment. in Danielem, Pareus in or
tionibus chronologicis, & Scaliger
Elenchis earundem. Poteſt tamen in c
pitalibus & rarioribus controverſiis chr
nologicis exercitii causâ id tentari :

no

ꝰs ſpecimen dedimus in Diſp. *de Tempore nativitatis Chriſti.* In controverſiis ro illis quæ implicant ἐναντιοφανῆ ſcri-uræ, neceſſario præſtantiores autores m diu conferendi ſunt, donec certã ali-uam conciliationem invenerimus. Sed æc propriè pertinent ad collegia textua-a, de quibus ſupra cap. 14. Tres ſolum-odo commendo collegii & rudimenti ujus chronologici ſacri appendices: uarum *prima* eſt genealogico-chronolo-ica, quæ in tabellâ (quam vide apud Simmeſium p. 242.) oſtendit quam diu, uando, & quibus cum vixerint primi de-em patriarchæ: *Secunda* eſt Calendarium iſtoricũ quod vide in Lansbergii chro-ologiâ lib. 3. à p. 153. uſque 179. confer Calendarium anni ſacri apud Torniellum d an. 2545. *Tertia* eſt catalogus omnium nnorum qui in ſacris literis aut ab earum nterpretibus charactere notantur: vide unc catalogum apud eundem Lansber-ium lib. 3. c. 24. Eſt & alia ſacræ chro-ographiæ ratio, ſed quæ locis commu-ibus Theologiæ inſeri debet, eaque ge-mina: *una*, quando ex. gr. in loco com-muni de creatione Mundl, & hominis, le nativitate Chriſti, ejuſdem crucifixio-ne,

ne, aſcenſione, miſſione ſpir. ſ. &c. n
tatur tempus. *Altera*, quando ex. gr.
locum de Miraculis, de prophetiâ n
tantur miracula & prophetiæ Chriſti ſ
cundum ſeriem temporis(quod vide pr
ſtitum à Corn. *L*apide in prolegom.
Euangel.); & ſic miracula & propheti
apoſtolorum jam inde ab Actor. 2. uſq
ad 28.; item miracula Moſis, viſion
Ieſaiæ, Ezechielis aliorumque prophe
tarum diviſim, aut collectim. Habeb
ergo (ut magis perſpicuè dicam) coll
gium hoc chronographiſtoricum iſt
tres partes, ſeu actus: ut *Primus* imprim
præcognita ſeu chronologiæ ipſius natu
ram, affectiones, & partes. *Secundus*
Chronotaxim, concretam, & quidem ſ
ſtematicam, ſeu ſyntheticam, tum *abſolu*
tam hiſtoriæ V. & N.T. ex Bellarmino
Himmelio, aut ſimilibus; tum compara
tam, ſeu ſyntaxim & conciliationem cu
temporibus & geſtis profanis, ex Helv
co: Subjectis ad ſingulos articulos, mem
bra, & hiſtorias problematis ac dubiis d
tempore quando quid acciderit, quamdi
duraverit, quam longè poſt æram antece
dentem aut ante conſequentem, an ho
prius aut poſterius illo &c. Quæ proble
mat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ata ex comentatoribus in ſcripturam, onciliatoribus ἐναντιοφανῶν, hiſtoricis cris, diſceptatoribus chronologis, nonilla & communiora ex Himmelio. *Terus*, Chronologiam magis abſtractam, ſeu ronarithmologiam, hoc eſt, temporum ſtractam ſupputationem, idque per ſynieſin & additionem, ſubjectis ubique ripturæ teſtimoniis cum epilogiſmis & nſequentiis, quæ *inde* educuntur. Hi ilogiſmi ſunt, triplices, notatio omium intervallorum, & collectio in unam ummam; Notatio & collectio omnium ticulorum cujuſque intervalli. Notatio embrorum, & hiſtoriarum cujuſque ticuli, quantum quidem ex ſcriptura ſequi poſſumus: additis ubique dubiis problematis, quę apud commentatores diſputatores chronologos occurrunt. . *Topographica*: quæ quadruplici ordine ſtitui poſſunt. *Primus* ordo eſt, alphabecus; qualem ſervat Michaël Eitſingerus deſcriptione terræ ſanctæ: & ex antiuis Hieronymus in libro de nominibus locis hebraicis; ſed ubi tantum nomia exponit. Inſtar omnium ſit dictionaium Geographicum Ortelii; ubi & auores paſſim vitantur. *Secundus* ordo eſt,

ſecun-

ſecundum tempora & libros ſcripturæ
capite uſque ad calcem. Et ſic topogr
phia mundi antiqui ante diluvium ha
tur Geneſ. 1. & 2. rurſum 8. & 9. Mu
poſt diluvium topographia univerſ
Geneſ. 10. particularis Syriæ, Ægyp
& vicinarum regionum veſtigia appar
Geneſ. 11. & 12. & 14. coll. cum
Topographia particularis ab exitu ex
gypto & promulgata lege occurrit ge
na, prior ante ingreſſum in terram Can
Exod. 12. &c. coll. cum Numer.
Deuteron. per omnes ſtationes, quæ
cenſentur Numer. 33. poſterior poſt
greſſum, Ioſuæ 13. v. 20. Hic appendi
loco ſit, deſcriptio chorographica Eze
45. ſed potius ad architectonicam m
referemus. Inter & ſupra commentato
alios, commendo hic Willetum & Pe
rium in Geneſin & Exodum, Maſium
Montanum in Ioſuam. Studioſi non
utiliter adjungent Ariæ Montani Ge
graph. ſacram tit. *Caleb*; eique præm
tent rudiores Alſtedii Præcogn. theolo
Topographia terræ ſanctæ tẽpore Chr
certis ſcripturæ textibus non ita exprim
tur, ſed partim ex Euangeliſtis, partim
Flavio Ioſepho, aliiſq; hiſtoricis & Ge
graph

aphis colligitur, et in nonnullis editio-
bus bibliorum tabellis Geographicis
hibetur. *Tertius* ordo eſt, ſecundum
ulos & ſpecies locorum tum natura-
um (ut marium, fluminum, montium,
llium, regionum, deſertorum, ſylva-
m, rupium, etc.) tum artificialium (ut,
vitatum, templorum, aquæductuum,
ivium, piſcinarum, domuum, puteo-
um etc.) ſub quibus titulis annotanda
mnia loca ſpecialia, cum textibus ſcri-
uræ, in quibus eorum fit mentio. ex.gr.
l titulum *Flumen*, nota Iordanis Geneſis
3. Ioſuæ 3. Iobi 40. Ierem. 17. Math. 3.
ohan. 1. etc. item Euphrates Geneſ. 4.
t 15. Pſal. 72. etc. et ſic omnia loca ubi
nentio fit Euphratis: ex quibus locis ci-
itis deſcriptio iſtorum locorum peti po-
eſt, collatis Geographis et hiſtoricis pro-
anis, quos partim in Dictionario Ortelii,
artim in Bertii Geographiâ veterum et
Ptolomæo, aut in Strabone cum notis
Caſauboni, partim in Geographis recen-
ioribus, ut Mercatore, etc. indicatos
nvenies. Omnia titulorum genera fere
congeſſit Rabanus Maurus lib. 11. 12. 13.
*le ſermonum proprietate, & myſticâ rerum
ſignificatione*; et Barthol. Anglicus lib.
13.

13.et 14. de proprietatibus rerum. Qu
ſi autorum illorum copia non ſit,petan
ex Geographiâ Keckerm. aut Alſted
aut ex aliquo nomenclatore. *Quartus*
do, eſt eclogarius, examina loca præ
pua, quorũ deſcriptio et cognitio Theo
logis maximè neceſſaria eſt. Sunt aut
illa vel naturalia eaque in ſe conſidera
(*Paradiſus*, *Terra Canaan* ſeu Iſrael te
pore veteris Teſtamenti, *Judæa temp*
Chriſti, Syria, Ægyptus, *Iordanis*, E
phrates, Nilus, *mons Libanus*, *Mons Si*
deſertum Arabiæ dictum Cades Sin, e
lacus Genneſareth, ſpelunca Odullan
Mare magnum, *mare mortuum)* ; vel co
ſiderata ratione adjuncti ſui (ut iter Iſra
litarum in deſerto ; *caſtrametatio eorum*
et caſtrorum ordinatus proceſſus ; Iſra
litarum expeditiones & profectiones Io
ſuæ 2.v.13 ; Terræ promiſſæ occupat
et diviſio Ioſuæ 14. v. 20. peregrinat
Pauli, navigatio ejuſdem : vel artificia
Arca Noah, *Hieroſolyma*, Babel, Niniv
Tyrus, Damaſcus, *Tabernaculum*, *Tem*
plum Hieroſolymitanum, Templum S
maritanum in monte Gebal, Templu
Heliopolitanum in Ægypto, templu
Dianæ, Domus regia Salomonis, Viv

tiu

rum ejuſdem, Areopagus. Sed hæc ar-
ticialia pleraque ad architectonica po-
es referenda, ut hic finem faciamus, mo-
mus examen topographicum in colle-
o, ſufficere poſſe ſecundum ordinem
undum & quartum; ubi reſponſiones
erotemata ſive ſimplicia, ſive contro-
rſa requirent adminiculum tabellarum
n mapparum, aliorumque ſchematiſ-
orum, & ſubinde verſuum memoria-
m, imprimis etiam indicum ſecundum
dinem primum & tertium, quorum pri-
em alii jam confecerunt Hieronymus,
rtſinger &c. defectus ſupplẽdi ex The-
ro Marlorati aut ejus compendio, aut
pleniſſimo indice in biblia Belgica no-
translationis, aut, quod tutiſſimum, ex
ncordantiis. Poſterior vero index facile
priori conficietur, ſi quis ſub titulo ex.
civitatis ponat nomina civitatum quæ
bibliis occurrunt, & quidem ordine al-
abetico; annotatis omnibus locis ſcri-
ræ ex concordantiis. Et ſic ſub titulo,
ontis, Maris, deſerti, regionis ſeu po-
li, fluminis, fontis, &c. 4. *Architecto-
a*; quæ itidem, ut topographica qua-
plici ordine inſtitui poteſt. Iuxta *ordi-
n ſecundum*, imprimis hæc ſcripturæ ca-

H pita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

pita aut tmemata accuratè excutiens,
Geneſ. 6. ubi deſcribitur fabrica arc
Exod. 36. & 37., tabernaculi; 1. Re
5. 6. 7. templi, & regiæ Salomon
Eſdræ 3. & 6. templi; Nehemiæ 3. &
Hieroſolymæ; Ezechieli 40. 41.
templi. Hic adhibendi comentatores
tehac cit.; quibus addendi, Martyr in
bros Regum, Lavaterus in Paralipo
idem in Nehemiam, Villalpandus in
zechielem, aut qui maximè neceſſaria ex
illo excerpſit Corn. à Lapide. Iuxta
dinẽ quartum, hæc potiſſimum & accu
tius d-ſcribenda hiſtoricè, topographicè,
architectonicè, & myſticè; *Arca N*,
tabernaculum cum contentis, *templum* (q
drupliciter ſcilicet, ut primo ædifica
à Salomone, ut inſtauratum poſt capti
tatem, ut ædificatum ab Herode, ut di-
neatum ab Ezechiele), *Hieroſolyma* (q
lis erat tempore Salomonis, & inſtaura
poſt captivitatem, & tempore Chriſti
poſt uſque ad vaſtationem) Addenda,
majori otio reſervanda, deſcriptio Tu
Babel, urbis Ninive, Babel, Dam
Tyri, Antiochiæ, Athenarum, Rom
Areiopagi, templi Dianæ, item Sam
canj, & Heliopolitani: quæ ad plenio

ſcri

ſcripturarum intelligentiam haut parum utilis. Adhibendi ad examen, tabellæ, ſchematiſmi & picturæ; quas habet Tornellus in annalibus, & nonnullæ editiones bibliorum Gallicorum, Latinorum &c. præterea libri peculiares quibus exhibentur picturæ hiſtoriarum V.& N.T. à diverſis artificibus in gratiam pictorum, ſculptorum &c. editi, Index alphabeticus ſecundum ordinem primum hic non requiritur, ſed tantum ſecundum ordinem partium: ut ad quemque titulum ex. gr. turris, porta, porticus, portus, columna, ſolarium ſeu gnomon, foſſa, platea, forum, tectum, &c. notentur ordine alphabetico ſingulares ſeu individuæ ex. gr. portæ Hieroſolymæ orientalis, &c. item portæ templi orientalis, ſpecioſa &c. plateæ Damaſci &c.; porticus Salomonis; & portus dictus καλοί λιμένες &c. Tituli autem illi juxta methodum Architectonicæ diſponendi, conquiri poſſunt ex Lexico Vitruviano Bernardini Baldi, cui tit. fecit: *de verborum Vitruvianorum ſignificatione*; cum quo quis conjungat Grapaldi onomaſticon ædium, aut Julii Pollucis Onomaſticon. Sed forte nimis vaſtus hic campus: continent ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſe ſtudioſus, in curſu Academico intr[illegible]
tulos illos; quos habet Alſted. in En[illegible]
clopædiâ, in Architectonicâ. Sed [illegible]
bium hic oritur, quid faciendum de [illegible]
ſtrumentis & machinis quarumcun[illegible]
artium præſertim tum bellicis & M[illegible]
cis. Ego non ſuaſerim omnia in h[illegible]
ſyllabum intrudere, ſed Muſica ad co[illegible]
gium textuale artium ac philoſophiæ [illegible]
quo capite præced,), & bellica ad a[illegible]
quitates & hiſtorica referre: niſi f[illegible]
architectonicis titulis modo memor[illegible]
ſubjicere viſum fuerit appendiculam [illegible]
tulorum architecturæ militaris, ex.[illegible]
prœlium, ſtratagema, caſtrametatio [illegible]
caſtrorum munitio, catapulta, bal[illegible]
funda & fundatores, ſagittarii, equita[illegible]
Elephantes, currus falcati &c. 5. [illegible]
pernumeraria pars hujus collegii eſt co[illegible]
ctiva deſcriptio *tum* perſonarum, *tum* [illegible]
rum. *Proſopographiæ* ſacræ inſerviet i[illegible]
alphabeticus, qualis ex. gr. Hieron[illegible]
aut qui multis editionibus bibliorum [illegible]
jici ſolent, aut ſi quæ ſint Onomaſtic[illegible]
cra nominum propriorum. Quæ in N[illegible]
occurrunt, digeſta & explicata hab[illegible]
pud Druſum in libro de vocibus he[illegible]
cis N. T., & Gualtperium, & poſt on[illegible]
au[illegible]

ud Paſorem in Lexico N. T. Tria er-
o præſtabit hic index ; *primo* exhibebit
omina propria ordine alphabetico ; ſin-
ulorum explicationes καθ' ἐτυμολογίαν
quod fecit Paſor), κατὰ συνωνυμίαν.
. gr. Azaria & Uſſia, Iojada & Bara-
ia, Zacharia & Ieremia, Bartholomeus
Nathanael, Cephas & Petrus, Thomas
Didymus, Tabitha & Dorcas, &c.
ertio, annotabit omnia loca ſcripturæ,
i nominis cujuſque fit mentio. Poterit
alius index confici ſecundum titulos à
ualitatibus, aut relationibus perſonarum
ſumptos & ordine alphabetico diſpoſi-
s, ex. gr. patriarchæ, prophetæ, reges,
dices, ſacerdotes, duces & milites, ſa-
entes ſeu docti, artifices, admodum pii,
artyres, prophetiſſæ, ſapientes fœminæ,
modum piæ fœminæ, fortes & heroi-
e fœminæ, proſelyti, pii quicunque ali-
extra populum Dei inter Ethnicos &
oſtatas deliteſcentes. Ex alterutro hoc
dice proſopographico ſeligentur per-
næ peculiari curâ deſcribendæ, de qui-
is etiam examen in collegiis inſtituen-
m: ſunt autem V. T. in mundo veteri,
dam, Enoch, Noah: in mundo novo,
mpore patriarcharum, Abraham, Iſaac,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Iacob, Ioſeph, Melchizedek: Tempre judicum, Moſes, Ioſuah, Simſon, Samuel: Tempore Regum David, Salomon, Elias, Hiskia, Ioſia, Ieſaias, Ieremias, Daniel: tempore N. T. Chriſtus, Maria, Iohannes Baptiſta, Petrus, Paulus. Tabellares, & pleniores Thematicæ ſeu theticæ iſtarum perſonarum deſcriptiones ſi partem gymnaſii ſeu praxeos logicæ antehac fecerint, poterunt hic omitti, & dubia ac problemata controverſa tum textualia, tum hiſtorosacra, tum dogmatica de ſingulis ordine proponi. Exempla ejuſmodi tractationū habes in libris Pineda, de rebus Salomonis, & in Diſputationibus Hermanni Ravenſpergi ante annos aliquot in academ. Groninganâ propoſitis, quibus Adamus proſper, Adamus miſer, Abrahamus miles, Iſaacus hæres, Iacobus exul, Ioſephus præſul: & lib. 1. Serarii in Ioſuam, ubi Ioſua deſcribitur: invenimis etiam apud Baronium & Antagoniſtas, ubi agunt de vitâ Chriſti, Mariæ & apoſtolorum; De Mariâ nonnulla habebat Rivetus in apologiâ Mariæ lib. 1. c. 1. 2. Theticarum deſcriptionum exempla ſuppeditat Baptiſtes Sculteti e[illegible]

um tract. ipſius de Precatione, & Go-
nari diſp. de ſacrificio Chriſti & Melchi-
edeki, de collatione Adami & Chriſti,
em Davidis & Chriſti. Vitæ omnium
nctorum V. & N. T. deſcriptæ ſunt à
oachimo Perionio, & Georgio Fabri-
o; Vitæ illuſtrium mulierum utriuſque
eſtamenti à Thoma Garzonio: ut Lipo-
nanum, Surium, Metaphraſtem, & ſi-
ilis commatis ſcriptores prætercam:
uos legendos non arbitror, niſi ut refu-
entur. *Idem* dico, de vitâ Chriſti apud
Ludolphum de Saxoniâ & Bonaventu-
am; de Iacobi adventu in Hiſpaniam
pud Thomam Zanchez in fine com-
nentar. in Acta; de vitâ & geſtis Ma-
æ, quæ non unus decantavit. Vita
Pauli chronologicè digeſta à Cavanto in
ne tom. 2. de ſacris ritibus; & hiſtoricè
Corn. à *Lapide*, in prolegom. ad com-
nentar. in epiſtolas; fabulis Papiſticis
ucta eſt. Poſſunt & vitæ improborum
uorundam deſcribi, ut Bileam, Nebu-
adnezar, Saul, Achab, Simonis Magi,
Herodis &c. *Praxigraphia*, ſeu pragmato-
raphia ſacra collectiva eſt vel per locos
ommunes ſeu titulos, vel per ſyſtema,
el per eclogas. *Prima* eſt, quæ examinat

res & actiones rariores, imprimis ill
circa quas dubia, moveri, & controv
ſiæ agitari ſolent, idque ſecundum lo
communes ſeu titulos ordine alphabe
co digeſtos: quales tituli ex ſyntagm
antiquitatum, theatris exemplorum;
polyanthæis ſeligendi ſunt; aut ſi ma
ex Theſauro Marlorati. *Secunda* eſt, q
collectim & ſyſtematicè delineat ac p
currit politiam, ſpecialem item eccle
ſticam, & Nomotheſiam ſacram ſeu
raelitarum. Titulos & ſubtitulos *poli*
ſpecialis (ad quam refer etiam Schola
cam, & Oeconomicam) diſpone ſec
dum Politicam; *Eccleſiaſticæ* ſecund
methodum quam ſervare ſolemus in p
blicis prælectionibus, Nomotheticæ
cundum titulos Pandectarum in Iure
vili; aut ſecundum ordinem politiæ ſ
cialis Hebræorum. Dubiorum & p
blematum ehodationes puto ſufficere
ſyllabus eorum ſub ſingulis titulis ex
beatur, & determinatio eorum ſimpli
ter indicetur; rejectâ ulteriori expli
tione & probatione ad locos commu
Theologiæ, præſertim ad part. 2., qu
practicam vocamus: quæ loca ſolu
modo ad memoriæ ſubſidium, & exe
tim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

um hic indicanda. *Secunda*, hanc pra-
natograp hiæ collectivæ rationem prio-
longè præferrem. An autem quis hic
orſim eam tractare velit; an vero ſub
cis communibus de Eccleſiâ V. T.,
Legibus, de Magiſtratu; aut per ap-
ndicem ad totam Politiam Eccleſiaſti-
m (quantum ad ſacra ſcilicet & eccle-
ſtica); an utrobique ad abundantio-
n cautelam & repetitionem, cujuſvis
bitratui relinquimus. *Tertia* eſt, quæ
lectas quaſdam hiſtorias tum theticâ
ctatione tum dubiorum & problema-
m enodatione perſequitur. Sunt au-
m, vel fundamentales, vel celebriores.
u ſic voco, quia ſtylobatę omnis fidei, &
gnitionis Theologicæ; quales, Crea-
o, Conceptio & nativitas Chriſti, Paſſio
hriſti, Ejuſdem Sepultura, reſurrectio,
cenſio, Miſſio Spir. ſ.; quibus adde hi-
briam propheticam, de adventu Chriſti
judicio extremo. *Iſtas* voco, quæ ma-
s univerſali utilitate, aut rarâ & admi-
nda rei geſtæ relatione, celebriores
nt: quales, Diluvium, Everſio Sodo-
æ, Plagæ Ægypti & eductio populi
aelitici, Datio legis cum antecedenti-
us & conſequentibus; Interitus Core,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Dathan &c., captivitas Babylonica, reditus ex eâ; Nativitas & miniſterium Joh. Baptiſtæ, Chriſti circumciſio, præſentatio, baptiſmus, tentatio, adde hiſtoriam propheticam, de Fine Mundi. 1. *Quarta* cognitio hiſtoriæ, eccleſiaſticæ ſcilicet eſt vel V. vel N. T. *Illa* eſt ſcripturaria, vel non ſcripturaria. *Scripturaria* eſt vel veteris mundi ante diluvium (quã delineavit Danæus in primis mundi antiquitatibus): vel mundi poſt diluvium, eaque triplex 1. ſub patriarchis 2. ſub judicibus. 3. ſub regibus. 4. ſub ducibus, uſque ad Nehemiam, & Zerubabel incluſivè. Poteſt etiam dividi in partes, ſecundum intervalla ſeu ætates, eorumque articulos, quos notamus in hiſtoriâ ſacrâ, & in hiſtoriâ univerſali. *Non ſcripturaria* eſt ab exceſſu Zerubabel & Nehemiæ uſque ad tempora Chriſti. Hanc pete ex autoribus cit. in Diſp. de *Iudaiſmo*; cum quibus ad controverſias enodandas conferendus Euſebius Scaligeri, Serrarius in libros Machabeorum una cum utriuſque Eriſticis ſcriptis de ſectis Iudæorum: ubi autores alii citantur; adhæc Saliani & Tornielli annales & Iacobi Capelli hiſtoria. Scripturaria

on eſt hic repetenda, niſi per ſumma ca-
ita & quaſi in tabellâ, ad connexionem
ndicandam: ea enim partim in collegio
ocor. commun., partim & imprimis in
ollegio hiſtoriæ ſacræ, tum diſtributim,
um collectim in appendice de p[illegible]âtiâ
Eccleſiaſticâ Hebræorum ſatis tradita
uit. Non ſcripturaria, ſiquidem appen-
ice modo dictâ non fuerit accuratè deli-
eata, hic ex profeſſo tractari debet: Sed
ræſtat eam illic abſolutam fuiſſe; hic
utem per viam diviſivam (ut loquuntur)
: ὡς ἐν τύπῳ repeti. *Iſta*, ſcilicet N.T.
ſt vel ſcripturaria vel non ſcripturaria.
criptur ariam abſolvit collegium hiſtoriæ
acræ V. et N. T., et paſſim pars illa lo-
or. comm., quam politiam eccleſiaſti-
am vocamus. Hic ergo tantum quaſi per
abellam repetenda. *Non ſcripturaria* ex
rofeſſo tractanda; quæ etiam peculia-
iter dicitur hiſtoriâ eccleſiæ ſeu eccle-
aſtica, ex humanis ſcriptis eruenda.
Quam perfecta, certa, expedita et facilis
la ſit aut non ſit alibi diſputamus, in
Deſper. Cauſâ Papatus lib. 3. ſect. 1. De
tudio et methodo ejus etiam aliquid per-
tringimus in Diſp. *de Patribus*. Hic bre-
iter indicamus collegium examinan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

tium & (ubi vexatæ quæſtiones, aut ag
tatæ controverſiæ occurrunt) diſputa
tium inſtitui poſſe ad aliquod compe
dium Pappi, aut Oſiandri; aut Danie
Paræi. Erotemata ſimplicia propona
tur per ſingula intervalla, articulos, ſæc
la, et membra ſeu hiſtorias, juxta titul
ſupra ex ſynopſi hiſtoriæ univerſalis à n
bis indicatos. Erotemata dubii aut co
troverſi quid continentia potiſſimum
luſtrentur ex Pleſſæi myſterio iniquitat
et ejus Antagoniſtis Coiffetello, et Gr
ſero; ejuſdemque Hyperaſpiſtâ Rivet
Syllabus iſtorum erotematum, quæ qu
dem concernunt antiquitates eccleſiaſ
cas tum antiquæ tum intermediæ æta
imprimis deſumi poteſt ex Gretſeri I
ſuitæ tract. contra Pleſſæum, cui t
Myſta Salmurienſis. Supplemento tam
indiget: quod accerſendum ex Co
cenſurâ patrum, Blondelli notis ad ep
ſtolas decretales primorum, Pontificum
Ejuſdem tract. de primatu Papę, Perkin
problemate Catholico, et Chamieri Pa
ſtratia, Molinei Novitate Papiſmi. A
tores alios qui antiquitates et controve
ſias eccleſiaſticas illuſtrant, libro ſecunc
indicabimus. Si quid in lectione hiſt

ri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

câ explicandum eſt, poterunt tyrones
ecurrere ad Dictionaria hiſtorica, To-
ographica, item chronologias (ex. gr.
'alviſii), Notitias Epiſcopatuum, &
ieographiam eccleſiaſticam Auberti
Airæi. Nolim enim ut ſtudioſi in cur-
culo Academico nimium in farraginem
ſorum autorum ſe diffundant: compen-
o hic ſtudendum, ut diſputationum iſta-
ım guſtum habeant: quod fiet ſi ſyllabus
orum ad ſingulos articulos immo & ſæ-
ıla ſecundum varios orbis tractus (ex.
:. Orientem, Occidentem, Africam)
ſis dictetur; additâ brevi determinatio-
e per A. aut N. aut D. & indicatis re-
entioribus autoribus, qui teſtimoniis &
tionibus pro utrâque parte pugnant. In
ontroverſis magis capitalibus, aut cele-
rioribus poterunt plenius & ex profeſſo
xplicari; & nos ſpecimina aliquot dedi-
us in Deſp. Cauſâ Pap. & in Diſp. *de
onatione Conſtantini*, de *Peregrinationibus
ompoſtellanis*. Et plura, ſi Deus volet, ali-
uando dabimus, ex. gr. de Tranſlatione
nperii, de antiquæ Eccleſiæ Africanæ
dependentiâ à Romanâ &c. Quibus
fines ſunt quæſtiones & controverſiæ
onnullæ hypotheticæ, quas intexuimus

Diſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Diſp. noſtris, de *Atheiſmo*, *Energum*[illegible], *Miraculis*, *Prophetiâ*, &c. Quod ad prob-
mata controverſa, circa novitates ecc-
ſiaſticas, nominatim à tempore refor-
tionis uſque in hunc diem, ea ex ſcri[illegible]
eriſticis, & apologeticis conquiren[illegible]
ventilanda vero & determinanda *pa*[illegible]
ex ſcriptis iiſdem eriſticis & apologeti[illegible]
præſertim iis, qui perſonalia ex prof[illegible]
tractant, aut multa admiſcent; partim[illegible]
apparatu varii generis autorum, quor[illegible]
indicem aliquem dabimus lib. 2. Sp[illegible]
men ejuſmodi controverſiarum vid[illegible]
Riveto & Molinæo contra Sylveſtru[illegible]
Petrâ Sanctâ, & in noſtrâ Deſper. Ca[illegible]
Papatus, ubi de Lutheri Magiſtro, Zw-
glii ſomnio, Pleſſei diſputatione, &c. [illegible]
iterum monemus, compendio & bre-
tati ſtudendum, uti modo dictum eſt. P[illegible]
ro problemata controverſa circa nov[illegible]
tes eccleſiaſticas velimus per artic[illegible]
temporum diſtribui & diſtingui in ea [illegible]
1. Pontificios. 2. Lutheranos. 3. A-
baptiſtas & Libertinos 4. Socinianos[illegible]
Remonſtrantes. 5. Controverſias A[illegible]
glicanas & Scoticas de ceremoniis & [illegible]-
gimine eccleſiæ concernunt. Poteſt [illegible]
aliâ methodo magna pars hiſtoriæ ecc-

ſiaſti[illegible]

ſiaſticæ imprimi: in curſu ſcilicet locor.
communum: idque vel theticè, vel elen-
cticè. *Theticè* dupliciter fiet; uno modo,
ſi ex. gr. Iudaiſmus, Ius canonicum, Pa-
tres eccleſiæ, Gentiliſmus, Mahumediſ-
mus, Libertiniſmus, Papiſmus &c. de-
ſcribatur: altero modo, ſi ad nonnullos
locos communes ex. gr. de ſciſmate, de
hæreſi, de miraculis, de idololatriâ, de
Conciliis, de Pontifice Romano, De
colloquiis ſeu diſputationibus, de hoſti-
bus & perſecutionibus eccleſiæ, de Ma-
giâ, De prophetiâ & divinatione, de cha-
riſmatis, de Liturgiâ &c. annotentur ex
hiſtoriâ eccleſiaſticâ juxta ſeriem tempo-
ris (uti Alſtedius in chronologiâ) aut
juxta certas claſſes & diſtributiones, ſin-
gularia ſciſmata, hæreſes &c., aut utro-
que modo. Nos guſtum aliquem ali-
quando dabimus. Idem præſtari poteſt
ad locos communes pleroſque morales,
ut de Fide, ignorantiâ blaſphemiâ, caſti-
tate, luxuriâ, ebrietate, &c. Sed hic gla-
ciem fregerunt Scriptores exemplorum,
quorum ſupra meminimus, Zwingerus
ſcilicet, Honſdorfius, Polyantheæ, adhæc
Hiſtorici eclogarii, ut Simon Goulartius,
& ſimiles. *Elencticè* etiam dupliciter fieri
pote-

poterit. *Primo*, ſi ad locos communes ma-
ximè controverſos, hiſtoria errorum ſu
heterodoxiæ, quod ad originem, incre-
mentum, decrementum, aliaſque muta-
tiones breviter delineetur, citatis autori-
bus & hiſtoricis, qui illa referunt. Me-
thodum hanc oſtendit Chemnitius in
Examine Concil. Trident., Bullingerus
de origine errorum, Molineus in No-
tate Papiſmi, Perkinſus in problemate
Catholico. Sed cum hæc, ut & præce-
dens methodus pertineat ad prælectio-
nes, & collegia locor. comm.: noluimus
hic eam repetere; remittentes lectorem
ad ea, quæ ſupra diximus. *Secundo*, ſi ſi-
opſis aliqua hiſtoriæ eccleſiaſticæ à Pon-
tificio conſcriptæ præ manibus ſumatur,
& in controverſis percurratur ac cenſura
notetur ea fere ratione, qua Becani Ma-
nuale, de quo vide quæ ſupra diximus.
Quænam ſynopſis huic negotio maximè
idonea ſit futura, nunc non ita occurrit.
Spondani compendium Baronianum ni-
mis prolixum eſt: quod ſi tamen illud
percurrere viſum fuerit autores eſſemus,
ut tranſilirent omnia non controverſa.
2. Etiam controverſa generalia, eaque ad
collegia locor. commun., aut elenchum
rejiz

ejicerent. 3. Ut contraherent, quæ pluribus locis ſæpius inculcat. Ut ſupplerent, quæ diſſimulat & prætereit. 5. Ut ex rei veritate explicarent atque emendarent, quæ vel apertè corrumpit vel ſubdolè incruſtat. 6. Ut notarent dubia, & incerta, quæ ille pro certis obtrudit. 7. In controverſis majoris momenti, rationes ejus diluerent, & veritatem rationibus confirmarent.

CAP. XVI.

De collegiis Theologicis mixtis.

HÆc collegia, quamvis ſuperioribus vel affinia ſint, vel cum iis coincidant, ſeorſim hic tamen in gratiam tyronum tribus verbis perſtringimus: quo conſilio ea ſeorſim haberi poſſunt, partim ad repetitionem ante actorum, partim ad ſupplementum τῶν παραλειπομένων. Sunt autem ea 1. Logico-Theologica: partim *analytica*, ubi ſelecta & difficiliora quædam ſcripturæ capita, reſolventur, & nonnulla ſpeciminis cauſa ex autoribus ſupra in primo, ſecundo, & tertio ſtudii Theologici intervallo memoratis; ex.gr.

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ex patribus, Iure Canonico, Schola-
cis, hiſtoria eccleſiaſtica, Thalmudic-
& Rabbinorum tractatibus aut diſpu-
tionibus, adhæc poëmata quædam
poëtis ſacris græcis & latinis,&c.: part
ſynthetica ſeu *genetica*; ubi omnis gene
difficillima & imperfecta themata ſimp-
cia delineabuntur,ex Theologia,(no-
natim etiam ex practica,& Politia Ecc-
ſiaſtica); præterea ex hiſtoria ſacra,
topographia, ex Architectonica, ex P-
litia ſpeciali Iſraelitarum tum civili t-
eccleſiaſtica; inſuper, ex pneumatica,
phyſica-Theologica, Ex Iuriſpruden-
ſacra. Themati delineato ſubjungen-
ſyllabus methodicus omnis generis p-
blematum theticorum & hypotheti-
rum, ex quibus unum theticum præ-
puum & unum hypotheticum accuratè
logicè ventilabitur. Ut autem ſciant
niores,unde & quomodo εὐπορία ac c-
lectio omnium problematum haberi p-
ſit, & qua methodo diſponi debeant; ſ-
duimus ipſos manuducere Diſp. noſt-
de Energumenis, de Miraculis,de Ex-
ciſmo, &c. & farragine ſeu ſyllabo p-
blematum per totam Theologiam, cu-
editionem nunc molimur: cum quib-
ju-

ungendi ſyllabi locor. ſcripturæ, de qui-
ous dubia aut controverſiæ, item proble-
natum ad hiſtoriam ſacram, chronolo-
giam, topographiam &c. quos diſcipulis
noſtris partim dedimus, partim progreſſu
emporis, ſi Deus volet, in gratiam eorum
ontexemus. Addimus autem in geneſi
hematum iſtorum, annotanda ubique lo-
a ſcripturæ, aliorumque autorum, ut ita
& memoriam exerceant, & variæ ac mul-
iplici lectioni ac collationi autorum pau-
atim aſſueſiant, & ipſi ea præſtare queant,
quæ nos præſtamus, ſaltem præſtare pro
modulo conamur. Ut omnia hic facilio-
a ſint, ſoleo Gymnaſtis noſtris in hiſce
& aliis quibuſque ſive practicis, ſive di-
putantium collegiis, autores tum univer-
ales tum particulares modumque iis u-
endi, ut & loca iſtorum autorum indica-
e, unde quid depromi, aut qui uſui ipſis
ſſe poſſint. Ad collegium hoc ſyntheti-
um referri etiam velim artificium, Li-
bros, tractatus, aut titulos, aut materias
romptè & accuratè in tabellas redigen-
li: in quo ſubinde nonnullos diſcipulos
exercui. 11. Rhetorico-Theologica:
partim *analytica*, ubi ſelectæ quædam ora-
iones ſeu conciones ex ſcriptura (e.g. 1.
caput

caput Ieſaiæ, Actor.2. & 3. & 17. & 2
& 24.& 26. Matth.6.); & epiſtolia no
nulla ex eadem, (ut Eſdr.4. & 5.& 6.u
& reſcriptum publicum ; Act.15. & 2
à verſ. 25. 31.) nominatim epiſtola
Philemonem, rhetoricè reſolvatur, oſte
ſis artificiis oratoriis, in inventione, diſp
ſitione, elocutione ſeu exornatione; Ide
faciendum in ſelectioribus homiliis & e-
piſtolis, Nazianzeni, Baſilii, Chryſoſto-
mi &c.: partim *ſynthetica*, ubi Orationu
& epiſtolarum theologicarum idioma
Latino, & vernaculo, & quocunque a
(in quo ſe exercere cupiunt), formu
quædam accuratè conſcribantur & pr
nuntientur. Ad has orationes, referri p
ſunt libelli ſupplices, declarationes, ap
logiæ, in negotiis eccleſiaſticis adhib
ſolitæ; imprimis in conventibus eccle-
ſiaſticis aut ad eos, aut coram Magiſt
tu politico. Sed hæc alio reſpectu etia
pertinent ad collegia practica; de quib
capite ſequenti. Materiam autem iſto-
rum ſuppeditabunt partim problemata
conſilia, quæ ſingulis titulis & ſubtitu
politiæ Eccleſiaſticæ ſubjicimus; part
particulares hortationes, conſolatione
reprehenſiones; quarum ſyllabum ibide

e-

xhibemus. III. Hiſtorico-Theologi-
a: partim *analytica*, ubi ſelecta quædam
nemata in hiſtoria ſacra V. & N. T.
x. gr. tota hiſtoria Ruth, Eſther, Eſdra,
)euter. 1. 2. 3.) item in hiſtoria antiqua
cclefiaſtica reſolvenda, oſtenſis requiſitis
: artificiis hiſtoricis ſimul & oratoriis:
artim *ſynthetica*, ubi exercitii cauſa bre-
is aliqua hiſtoriola ſeu narratio de plan-
itione, aut reformatione eccleſiæ, aut
notuum in eccleſia aut perſecutionis &c.
eſcribatur. Poterunt autem præter re-
ulas artis hiſtoricæ proponere ſibi illu-
ria narrationum exempla imprimis ex
leidano, & Thuano: ne quid dicam de
elationibus publico eccleſiarum nomine
onſcriptis, quales recentiores quamplu-
mæ exſtant vulgaribus linguis. IV. Poë-
co-Theologica: ubi oratoria & poëti-
a requiſita atque artificia oſtendentur in
oëmatiis quibuſdam ſcripturariis, ut 2.
amuel. 1. v. 17. 27. Deut. 32. Habac. 3.
Numer. 21. v. 27. 31. Iudic. 5. Pſalm. 25.
: 34. & 111. Threnor. c. 3. Exod. 15.
obi c. 3. Hac occaſione non tantum re-
etent artem poëticam, quam olim didi-
ere, ſed & imprimènt rationem poëſios
ntiquæ Hebræorum, quam nuperrimè
inda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

indagavit quondam præceptor noſter
nobis meritiſſimus Franciſcus Gom
rus p. m. in ſuâ *Lyrâ Davidis*. Cum an
lyſi carminum, quæ ibi exhibentur, n
importunè conferetur hymnus Hanno
Pœni conſtans verſibus comicis ap
Plautum in Pœnulo, idque propter li
guæ punicæ & hebrææ convenientiam
quamvis admodum diſſimilis ſit materi
Si quis autem puniciſmi iſtius explic
tionem deſideret, adeat notas Philip
Paræi in Plautum edit. 3. & poſtrem
in magno 8. 1641. Rationem verſuu
Plautinorum exponit idem Pareus in pr
legomenis. Poſſunt etiam poëticæ an
lyſes aliquot inſtitui in ſelectiores hym
nos Syneſii, Nazianzeni carmina, Te
tulliani carmen contra Marcionem, Pr
ſperi carmen de ingratis &c. Quod
exercitia ſynthetica hic tractanda, nul
alia commendare poſſum, quam par
phraſes metricas pſalmorum aliquot,
cantici Zachariæ, Mariæ, Simeonis &
juxta recentiorem poëticam Iudæorun
quam habet Buxdorfius in theſauro gram
matico; aut, ſi mavis, juxta hodiernam
rhytmicam poëſim Gallorum, Italorum
Belgarum: ſecundum quam pſalmos al
quot dedit Alſtedius in præcogn. Theo

g. Promiſerat nonnemo integrum pſal-
rium græcè, ad imitationem pſalterii
ini Andreæ Spethæ: ſed opus illud in-
buit in ſpongiam, aut autor morte præ-
ntus non abſolvit. Quod ad ſcriptio-
m verſuum latinè & græcè juxta poë-
i antiquam; ea non eſt hujus fori. v.
rammatico-ſeu philologico-theologi-
; quæ potiſſimum occupantur in he-
aicis & aliis linguis orientalibus; ubi
ercitia erunt 1. legentium biblia &
mmentaria biblica alioſque libros Rab-
nicos ſine punctis ex. gr. commentaria
mchi, Iarchi, Aben, Eſra, in Hoſeam,
chiadæ in Danielem, quæ omnia ſeor-
a nunc edita; tractatus aliquot May-
onidæ nunc hebraicè & latinè editos;
actatus aliquot Thalmudicos, ut Mid-
t, Sanhedrin, Bava Kama &c.; partes
iquot grammaticæ Kimchi, logicæ R.
meon, phyſicæ R. Aben Tibhon;
hæræ R. Eliæ Orientalis; chronici
ajoris & minoris hebræorum. 2. Pun-
antium aliquot præfixa tmemata eorun-
em autorum. 3. eadem exponentium,
ſcripto transferentium. 4. dialogos &
iſtolia primum ex capite aut tmemate
iquo ſcripturæ, deinde & ex Kimchi,
laymonidæ &c. ferruminantium; de-
que integra epiſtolia conſcribentium;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

& tmemata N. T. et apocryphorum
græco in hebræum transferentium. H
conferendæ epiſtolæ et epiſtolica Bu
dorfii, Tobias hebraicè, N. T. hebr
cum Hutteri, catecheſis hebr. Tremell.
5. *Verſus* hebraicos ſcribentium: hic co
duxerit prȩter Buxdorfii, poëtica hebr
Aviani. 6. In Chaldaicis biblicis, et T
gumicis analyticè exponentium. 7.
Syriacis V. et N. T. exponentium,
punctantium. 8. In Arabicis tum ſacr,
tum Alcoranicis, tum antiquariis eccl
ſiaſticis et liturgicis, tum hiſtoricis (ph
loſophica enim, et mathematica, medi
&c. Theologos tum propè non atti
gunt) idem præſtantium. 9. De Per
cis, Samaritanis, Æthiopicis, Coptic
aliquid dicerem: ſiquidem libri ſtudio
noſtris ſuppeterent. Danda tamen ope
eſt, ut guſtum aliquem habeant: & e
ſpectantur quotidie libri, ſiquidem pra
ſtent ea, quæ minantur Romæ in coll
gio propagationis fidei, penes quos libr
rum iſtorum copia. Vide Coptum pr
dromum Kircheri. Atque hæc quide
de philologiâ orientali. Græca à nob
non eſt præſcribenda, ſed ab illis, qu
rum hic ager eſt. Quod ſi tamen Theo
logi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

gię ſtudioſi ſub Theologo inſtituant
llegia Græca ex ſolo N.T. Gramma-
cantium φιλολογούντων, cōponentium,
quentium (qualia audio à Paſore p. m.
Academia Franequerania aperta fuiſſe)
ique extra oleas non vagarentur. Quod
l philologiam Græcanicam recentio-
m, ad eam facem prætulit Meurſius in
oſſario Græco-barbaro: ſed hæc tra-
anda, cum quis ex profeſſo antiquitates
cleſiaſticas inveſtigat. De philologia
tina idem dico: in ejus ſcilicet exerci-
s Theologorum peculiaria collegia lo-
m non habere, niſi forte latinitatis ec-
eſiaſticæ ſemibarbaræ (quinti & ſexti
culi), & barbaræ ſequentium ſæculo-
m uſque ad renatas bonas literas cogni-
nem affectent. Hic uſui erit gloſſarium
thœi, & gloſſarium Ioh. Lydii ſubje-
um editioni operum Nicol. Clemangis,
tæ Sirmundi ad capitula Caroli Calvi,
reti notæ ad epiſtolas Ivonis, Goldaſti
tæ ad veterum ſcripta parænetica, no-
ad Ius Canonicum ex editione Gre-
rii XIII., denique notæ ad quoſcun-
e intermediæ ætatis ſcriptores. VI.
etaphyſico-theologica: qualia à Theo-
gis nonniſi aliquo in caſu neceſſe eſt ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

beri, quando ſcilicet metaphyſica nec p
blicè nec privatim à philoſophis tradit
aut quando perperam et contra ſan
theologiam traditur. Methodus aut
expeditiſſima hæc erit 1. Ut tituli et ſi
tituli, quos ſæpe prætereunt, vulga
ſynopſes metaphyſicæ, dum compen
ſtudent; omnes ſuppleantur, quorum i
licet uſus eſt in Theologia dogmatica
lenctica, practica. 2. ut ideæ ſingulor
plenioribus tabellis exhibeantur. 3.
præſtantiores quique autores, imprim
Scholaſtici et recentiores Theologi
dicentur. 4. ut termini metaphyſici
juſque tituli, aut eorum ſynonymi oſt
dantur in ſacris literis; atque adeo doc
tur, quis et quantus uſus ſit Metaphyſ
in explicandis ſcripturis. 5. Ut annot
tur loci communes Theologiæ ad q
rum explicationem; & controverſiæ
quarum determinationem, pars illa me
phyſicę conducat. 6. Ut controver
et quæſtiones metaphyſicæ, quæ Th
logiam attingunt, examine et diſputa
ne ex profeſſo atque operosè ventil
tur, et autores utriuſque partis indic
tur. 7. Vt in reliquis problematis c
troverſis ſeu quæſtionibus metaphyſi

cæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

quæ philoſophorum propriæ, theſi ratio na, & forte altera ſubjiciatur; antitheſi ero fons ſolutionis unus atque alter op- onatur: & unus alterque capitalis autor ndicetur. 8. Ut in thetico examine ti- uli & ſubtituli cujuſque, omne τὸ γνωςὸν n lucem protrahatur, deſcendendo im- rimis ad ſpecialia immo ſpecialiſſima ſub eneralibus illis conceptibus contenta. Deſcenſum autem illum requirerem non antum fieri ad phyſica, Mathematica, Ethica, Politica &c: ſed imprimis ad Theologica; ut oſtenderetur, quæ capi- a, quę controverſiæ ad hæc aut illa theo- emata metaphyſica reduci poſſent, & vi- iſſim ex illis tanquam conſectaria educi, ut ſub iis ſubſumi: quod ad notiones & ormalitates ſcilicet; quomodo Theo- ogia dicitur ſubjici Logicæ: aliter enim hoc accipi nolim. Durus forte videatur ic titulus recentioris theologi Pontificii Franciſci Albertini: *Corollaria ſeu quæſtio- es theologicæ &c. ex principio philoſophico.* Ubi graviſſimas quæſtiones theologicas educit & determinat ex principio philo- ophico. An hic titulus excuſari queat, libi diſquirendum. Redimus ergo ad ollegia Metaphyſico-theologica, quæ

hoc vel ſimili modo habenda cenſemu
& antehac habuimus. Quæ autem utilit
& neceſſitas ſit exercitationum metaph
ſicarum, ſupra, & antehac in Therſi
Heautontimor. ſtrictim oſtendimus. *Su*
metaphyſicæ κοιναὶ ἔννοιαι, quarum confuſ
tam pernicioſa foret, quam ſalutaris eſt caru
notitia certa, diſtinctio, & uſus: inquit Iol
Iac. Grynæus in *hiſtoriâ hominis*, theſi 5
Quod ſi ſtudioſi feſtinent & compendi
ſtudeant, poterunt tractari ſolummod
quæſtiones, quæ inſignem uſum Theo
logis præſtant; ſed hæc ad collegia pro
ximè ſequentia redigimus. VII. Philo
ſophico-theologica, examinando & d
ſputando percurrent omnes ex artibus &
philoſophiâ collectas, & juxta ordinem
locorum Theologicorum diſpoſitas; qu
quidem à diſputatoribus Theologis i
dubium trahuntur, aut malè applicantu
aut locum habent in probatione & ſolu
tione argumentorum. Syllabum huju
modi quęſtionum diſcipulis noſtris com
municavimus, indicatis ſubinde autor
bus. Ad hunc ſyllabum referimus, ſi qu
ſint medica, & juridica, quorum cogniti
controverſias theologicas illuſtret, quæ
que ſub diſceptationem cadant. Quod
qu

uis ex ſacris colligat Medica, iiſque con-
ıngat, inſtitutionem de conſcientiâ Me-
ıci in medendo & in teſtimoniis feren-
ıs, & ſi quæ alia his affinia; habebit far-
ginem aliquam Medico-theologicam.
ed hæc forte omnia commodius refe-
ntur, partim ad collegium textuale ſu-
ra deſcriptum, partim ad locos commu-
e, ad ſextum ſcilicet præceptum, ubi
ſuiſtica theologia de Medicinâ & Me-
cis ex profeſſo tractari debet. Ad farra-
nem illam, erit hic apparatus; Caſuiſtæ,
ui alibi nominantur; Condrochus de cō-
ientiâ Medici &c.; Ioh. Molani Medi-
orum eccleſiaſticum diarium; Iohannes
auhinus de plantis à divis ſanctiſve no-
ricis. 5. Aliquem ex præſtantiſſimis poë
tis, qui res & eruditionem habeat: quali
ex. gr. inter Gallos eſt Saluſtius du *Bar*
tas. 6. Aliquem philoſophum. V. Ne
prætereundi propter eruditionem philo
logicam, autores illi qui vulgares linguas
con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

conferunt cum græc. aut hebr. aut lat.: Inter quos Angelus Monoſinius in floribus linguæ Italiæ, ubi plurimæ phraſes, idiotiſmi, & millena aliquot adagia cum gr. & lat. conferuntur. Exſtat & collatio linguæ gallicæ cum græcâ & hebraicâ, ſed tantùm in dictionibus ſimplicibus: ubi omnium vicem hâc in parte præſtabit Onomaſticon Mathiæ Martinii. Elegantias & phraſes poëticas quas Ronſardus in poëmatis ex poëtis Græcis expreſſit aut imitatus eſt, annotat doctiſſ. commentator ipſius Nicol. Richelet. Confer & alios ſupra cap. 2. ubi de linguis. VI. Adde præſtantiſſimas aliquot tranſlationes ex vulgaribus linguis in latinam aut gręcam, & vice verſa, autorum ſcil. hiſtoric., politicor., theologicor., epiſtolicor., &c. quas hic non indico, ut brevis ſim; præſertim cum ἐν παρόδῳ libri vulgaribus linguis ſcripti, aut in eas tranſlati paſſim indicandi ſint.

CAP. VII.

De apparatu Rhetorico, Oratorio, Epiſtolico.

PRior *ſectio* continens autores generale habet 1. *Rhetoricas* recentiorum, e innumeris indico & commendo Kecker manni, cujus & compendium exſtat Voſſii in 4.; Alſtedii Rhetor. in 8., eju dem Oratorem in 16. (quæ ſi ſeorſi comparari nequeant, ad Encyclopædia ejus confugiendum): addo & Timpleri propter problemata ſingulis capitibu ſubjecta; & Cauſini Eloquentiam divi nam & humanam, propter exempla & criſin. 2. *Epiſtolicas* inſtitutiones: ex omnibus commendo *B*uchleri: ad quam reliqui autores, ſi qui leguntur, annotar poſſunt. Comparanda et Inſtitutio epiſt hebraica *B*uxdorfii. 3. *Rhetoricas* antiquorum: Ariſtotelis cum commentariis Danielis *B*arbari, Robortelli &c. Quintiliani; Ciceronis; Aphtonii et Theonis progymnaſmata gr. lat.; addi poſſunt, ſi ita rationes ferant; omnes Rhetores antiqui gr. uno volumine editi. 4. Diſpoſitiones

ora-

oratorias variorum; ut Urſini, Parei, Tympii, Keckermanni, &c. 5. Autores, qui farraginem amplificationum, deſcriptionum, formularum &c. ex oratoribus ſuppeditant: quales, Cauſinus in libro cit. 6. Autores, qui formulas, & ornamenta epiſtolica colligunt: An tales latinè ſeorſim exſtent, præter ea, quæ Buchlerus & Eraſmus in libro de conſcribendis epiſtolis excerpunt, ignoro. Ad Buchlerum annotari poſſent, ſi quæ inter legendum obſervantur. De Græcis formulariis infra. 7. Theatrum exemplorum Zwingeri, ſimilia & apopthegmata Lycoſthenis. Symbola Imperatorum, principum, heroum Paradini, Reuſneri, Cauſini, Alexandri Bochii, Typotii: adagiorum & ænigmatum ſcriptores nomino cap. 3. & 8. Adde hieroglyphica Horapollinis gr. lat. cum notis Merceri; & Pierii Valeriani. Adhæc emblemata variorum, quos vide cap. ſequenti. Parabolæ hiſtoricæ Cauſini; Sed ex omnibus illis ſelectiora excerpſerunt polyantheæ, quæ ante omnes comparandæ, ſaltem Magyri. 8. Index ſeu repertorium ad omnes editas orationes, epiſtolas, præfationes, diſſertationes; Sed an talis exſtet nondum compertum

pertum habeo. Deberet ergo ab aliqu
τῶν φιλομαθέων colligi. Eſt autem is g
minus: *Unus*, qui notat orationes ſub ſu
quaſque titulis ſecundùm genera ex. g
Orationes panegyricas, gratulatorias, fu
nebres, nuptiales, &c. Et hæc annotat
ex recentioribus imprimis ſuppleri poſſ
ad Rhetoricam Voſſii; & ad epiſtolica
Buchleri. *Alter* index eſt, qui notat om
nes orationes & epiſtolas, diſſertation
ſecundum materias ſpeciales: qui ſeorſi
videtur conſcribendus & quidem ordi
alphabetico: niſi quis ad Rhetorica
ſuam notare malit. Sunt autem illæ p
tiſſimum Scholaſticæ & pædiæ unive
ſalis, Ethicæ, Politicæ, Eccleſiaſtic
Non ita frequenter ex philoſophiâ co
templativâ, Oeconomicâ, Theolog
deſumuntur: quamvis nonnunquam ſ
muntur, & ſumi nihil repugnet, imm
vel ex ipsâ metaphyſicâ, logicâ, phyſic
medecinâ ex. gr. oratio de Ente rationi
de Animâ; Item laudes quartanæ, calv
tiei, aſini, pediculi, cœcitatis &c. Sed
peræ huic parcere poterit, qui univerſa
lem indicem materiarum juxta ordine
alphabeticum conſtruxerit, aut oratio
nes, epiſtolas, diatribas, ad Dictionariu
ſuum

ſuum, univerſale, & ad Onomaſticum propriorum nominum annotaverit. Ex. gr. Ad dictionarium univerſale, ad vocem *Maris*, Georgii Cyprii oratio gr. in laudem maris; ad vocem *Eloquentia*, Orationes Mureti, Sigonii, Melanth. & Strigelii &c. ad vocem *Iuſtitia*, oratio Mureti. Sic ad Onomaſticum nominum propriorum, ad vocem, *Carolus* IX. *Galliarum rex*, de hoc oratio Mureti; *Pius V. Pontifex*, de hoc oratio Mureti; *Ioſephus Scaliger*, de quo Heinſii panegyricus, nec non ejuſdem, & *Baudii* orationes Funebres. Hujus generis repertorium aliquod exhibent Elogia Ciceroniana Illuſtrium Romanorum excerpta à I. Brantio JC. Antverpiano anno 1612. Ad vocem *Conſtantius Imperator*, Orationes duæ Juliani; ad vocem Ludovicus *Sfortia dux Mediolanenſis*, oratio Beroaldi, &c. Eâdem ratione ad Dictionarium Geographicum, ad nomina urbium, regionum &c. annotandæ orationes, ſi quæ de illis editæ. *Poſterior ſectio*, continet 1. Orationes; 1. *Veterum* tam græcas quam latinas: quas indicatas vide à Rhetoribus modo commendatis. Adde Themiſtii orationes gr. cum notis G. Remi; & Iuliani apoſtatæ

ora-

orationem ſatyricam tit. Καίσαρες gr. la
editam à Cunæo, cum ſatyrâ Menippeâ
Ejuſdem orationes panegyricas tres, g
lat. cum notis Petavii, in 8., Andocidi
Antiphontis &c. gr. lat. edente Miniat
Hanoviæ 1619. 2. *Orationes* collectæ e
hiſtoriis Livii, Saluſtii, Curtii &c. ſeo
ſim editæ in 8. 3. *Recentiorum* oratio
nes, ut Petrarchæ, Æneæ Sylvii, B
roaldi, Politiani, Hermolai Barbari, Pi
Mirandulæ, Melanthonis & Strigeli
Ioachimi Camerarii, Sturmii, Eraſm
Longolii, Ludovici Vivis, Petri Ram
Sigonii, Mureti, Perpiniani, Majoragi
Paſſeratii, Melchioris Junii, Vernule
Lipſii, Puteani, *B*audii, Heinſii, *B*enci
Horatii Turſellini, Kirchmanni, Famia
à *S*trada, *B*ernecceri, &c. Accedunt or
tiones & præfationes paſſim in Academi
haberi ſolitæ: quarum pleraſque cum
peribus aut vitis doctorum virorum a
cum autoribus, quorum laudes oratio d
cantat, excuſas videbis. 4. *Imprimis* or
tiones eccleſiaſticas & politicas nomin
Pontificum, Imperatorum, Regum
Principum, Civitatum, Academiarum
Eccleſiarum, aut coram illis à legatis h
bitas; quæ vulgò ſeorſim proſtant: non

null

nullæ etiam in voluminibus Oratorum, ex. gr. Politiani, Mureti, Baudii &c. 5. *Orationes* & remonſtrantias politicas, ac juridicas linguis vernaculis Italicâ, Hiſpanicâ, Gallicâ, Anglicâ, Germanicâ, Belgicâ. Hic ſupra omnes notiſſimæ orationes habitæ coram ſupremâ curiâ Pariſienſi, aliiſque curiis in Gallia, quarum collectiones editæ. Una eximia eſt anni 1618. Pariſ. apud Adrian. Tiffaine: ſed in qua ſtudio omiſſæ celeberrimæ orationes Philippicæ Arnaldi in Jeſuitas anno 1597. (quæ latinè, & belgicè traducta), & Martelrie in eoſdem anno 1611. Ludovici Servini I. C. & advocati regii diſertiſſimi, actiones ſeorſim editæ ſunt gallicè in 8. Cum orationibus gallicis junge Anglicas, in parlamentis aut coram illis jam à 40. aut 50. annis pronuntiatas; adhæc juridicas in cauſâ proditionis anno 1605. anglic. & belgic. quas latinâ veſte induit Cambdenus in 4°. Plures require in hiſtoriis noſtrorum temporum. 6. *Denique* ſelectas orationes & apologias theologicas tum recentium (quales in Academiis dicuntur); tum veterum; quales Nazianzeni, *Ba*ſilii, Chryſoſtomi, Theodoreti, Epiphanii, Athenagoræ, Minutii,

Juli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Julii Firmici &c. 11. Epiſtolas 1. *A*-
quas latinorum, & Græcorum ſupra m-
gnam partem enumeravimus. Græcoru
autorum 40. ultra 700. epiſtolas edi
Manutius anno 1499. in fol. Ubi fe
omnes veterum ſapientum epiſtolę co-
parent; exceptis Iſidori Peluſiotæ, &
epiſtolis philoſophorum quæ occurru
apud Laërtium in Vitis eorum. *S*unt
editæ veterum ſelectæ epiſtolæ, Pari
1562. 2. Theologus ex omnibus ma-
me evolvet epiſtolas gr. & latin. veteru
eccleſiaſticas, & theologicas, Hieronym
Cypriani, Ambroſii, Auguſtini, Chr-
ſoſtomi, Nazianzeni, Syneſii &c. 3. Epi-
ſtolas eccleſiaſt. & theolog. recentioru
inter quas hic laudo Calvini, *B*ezæ, M
lanthonis, cum anglicis Ioſephi Halli,
Pauli *B*aynes. Sunt etiam nonnullæ
epiſtolis *S*adoleti, & Eraſmi; & rece
tiorum Græcorum, de quibus mox
cendum. 4. *Epiſtolas* politicas, nomi
Principum, Magiſtratuum, civitatum &c
aut ad illos ſcriptas. Tales ſunt libri 1
epiſt. *B*embi, quas nomine Leonis X
ſcripſit, & epiſtolæ Pii Quinti, nuperrim
editæ. Non paucæ etiam intercurrunt
epiſtolis Rogeri Aſchami. Collectæ ſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Inſigniores tales epiſtolæ, & Italicè; etiam gallicè in 4. editæ hoc titulo: *Literæ Principum*; ut & literæ Cardinalis Perroni gallicè: quas quia ad hiſtoriam eccleſiaſticã, & politicam non parum conferunt, longè ſatius eſt linguæ gallicæ cauſâ legi à Theologo quam epiſtolas Troncheti, aut Balzaci, aut ſimiles. 5. Epiſtolas ſcholaſticas & eruditas, quæ ad quæſita reſpondent, aut de literis inquirunt: quales Pariſii, Calcagnini, Groſlutii, de rebus per epiſtolam quæſitis; & plurimæ epiſtolæ Scaligeri; Caſauboni non ita multæ; quædam Scaligeri gallicæ, quamvis pauciores; Rami, Sturmii, Melanthonis nonnullæ; Lipſii non paucę; Ejuſdem quæſtiones epiſtolicæ; Epiſtolæ Medicinales Langii imprimis & Geſneri; Laurentii Pignorii ſymbolæ epiſtolicæ. Nec prætereundæ Fr. Petrarcha, Poggii, Philelphi, Pici Mirandulæ, Politiani, Iulii Peruſci, Marii Corradi &c. 6. *Epiſtolas* Hebraicas, à Buxdorfio hebr. lat. cum notis editas. 7. Denique epiſtolas græcas recentiorum tum Græcorum tum latinorum; ut Reuchlini, Budæi, & epiſtolas à Græcis ad Germanos & viciſſim ſcriptas ab anno 1561. uſque ad annum 1587. editas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ditas partim à Mart. Cruſio una cum
ſponſo Ieremiæ Patriarchæ ad Wittebe-
genſes, partim à Cythræo cum libello
ſtatu Eccleſiarum in Oriente. Ne q
dicam de epiſtolis gr. Melanthonis, C
merarii, Chamierii, Wolfii, Cythræi, P
ſelii, Rhodomanni &c., quæ in operib
eorum ſparſæ. Edita eſt *Lipſiæ* an
1589. Ratio conſcribendi epiſtolas gr
cas, una cum formulis, & elegantiis e
ſtolicis, & epiſtolarum græcarum exe
plis omnis generis gr. lat., autoribus M
chaele Neandro & Iohanne Volland
Miror ſane hunc librum non recudi &
mnibus ſcholis familiarem reddi. Ide
dico de duobus tomis epiſtolarum gr.
lim à Manutio editis: quorum memi
mus. 8. Epiſtolas obſcurorum virorum
alioſque libellos iſtius ſtyli ac genii m
infra appendice capitis 8. deſignando
Quibus adde Alexandrum, Huguotto
Gemmam gemmarum, Catholicon &
ſi cui animus ſit antiquam barbariem c
gnoſcendi.

CAP.

CAP. VIII.

De apparatu Poëtico.

APparatus hujus eſt pars generalis & ſpecialis, *Generalis* continet 1. *ſynopſes* aut ſyſtemata poëtices, ut *Gieſſena*, Iul. Cæſ. Scaligeri; coll. cum Poſſevini biblioth. ſelect. lib. 27. Hi recentiores ſuffecerint; niſi quis addere velit Alſtedii in Enclopæd., & lib. Gregor. Gyraldum de poëtis & Crinitum de iiſdem. 2. *Poëticam* Ariſtotelis cum commentar. Robortelli; cui adde Procli chreſtomathiam cũ ſcholiis Ioh. Nunneſii & Andr. Schotti. 3. *Horatii* artem poëticam cum commentar. variorum. 4. Fr. Gomari lyram Davidis, ſeu de antiquâ poëticâ Hebræorum. 5. *Poëticam* hebræorum recentiorem Buxdorfii, cum theſauro ipſius grammatico editam; & Theodori Eberti poëticam hebraicam. 6. Phraſes poëticas latinas Buchleri auctas à Baexio; Græcas Mich. Neandri (ubi etiam florilegium deſcriptionum, amplificationum) & *Cauſini*; & mellificium Atticum Danielis Rarei, quod phraſeωn, amplificationum,

num, deſcriptionum &c. inſtructiſſim
officinam exhibet. Hieronymi Avi
lexicon poëticum hebraicum. 7. Pro
diam Smetii & *Epitheta* latina Textor
Græca Dinneri. 8. *Parnaſſum* Nic
Nomeſii, cum quo jungenda Geograp
poëtica ex omnibus poëtis ab Anonym
(Lamberto Danæo) collecta, & cum C
ographiâ Ceſtii edita in 8. Vidi ante m
tos annos Aſtronomiam poëticam ex p
ëtis collectam in 8. ſed nomen auto
nunc non occurrit. 9. Natalis comi
mythologiam, ad intelligentiam poë
rum: cui adde libros generales apparat
hiſtorici, & linguæ latinæ, ac græcæ. 1
Confer libros generales apparatus orat
rii. Pars ſpecialis continet poëtas. 1 *L*
tinos, qui ſimul editi: ex quibus præſta
tiores ex. gr. Virgilius, Horatius, Sen
ca, Ovidius, &c. cum omnibus comme
tatoribus (ſiquidem fieri poſſit) compa
randi. Quinam autem ſint commentat
res, & quæ meliores editiones, ſtudio h
non indico: ne videar πολυπραγμονε
Ex Gymnaſiarchis ſuis & humaniorum l
terarum Profeſſoribus diſcant hoc junio
res: aut ex apparatu Poſſevini, & biblio
thecariis poſt ipſum editis. Omittere t

me

…en non poſſum, quin deſignem & co-
…endem theologiæ ſtudioſis familiarem
… diligentiorem lectionem poëtarum,
…ui propius ad ſcopum ipſorum faciunt;
…uales 1. Theologo-metaphyſici, ut Bo-
…hius de conſolatione philoſophiæ, cum
…ommentar. Thomæ Aquinatis, & Ber-
…rtii. His adde Ethicos, ut Alciati,
…ambuci, Hadr. Iunii emblemata, Hein-
…um de morte contemnendâ; Buchanani
…agœdias Baptiſten, & Iephta; Grotii A-
…mum expulem & Chriſtum patientem;
…nigmata Adr. Iunii, Reuſneri. 2. Theo-
…go-textuales, ut Arator. Iuvencus, Se-
…lius Centones probæ Falconiæ, Pſal-
…i Buchanani, Bezæ &c.; Iacobi Le-
…ii Ionas editus cum poëmatis *Bezæ*; E-
…kiel Andreæ Hoji; variæ paraphraſes
…ccleſiaſtis ut Thuani, Viviani &c. &
…anticorum ut *Bezæ* &c. 3. Elenctici, ut
…ertullianus contra Marcionem, Proſper
…e Ingratis; *Buchanani* Franciſcanus. 4.
…heologo-Aſcetici, ut meditationes,
…ymni, aut preces; Paulini, Auſonii, Iulii
…æſaris Scaligeri, *Bezæ* &c. quæ ex poë-
…atis eorum ſeligenda. 5. Mixti, partim
…extuales, partim elenctici, partim practi-
…i partim theologico-philoſophici, ut

Pru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Prudentius ex editione Weitſii ; Pri
hebdomas *Bartaſii* interprete Lermęo
ſecunda interprete Ioh. *Benedicto*. M
tuani, Hieronymi Vidæ, Sannazarii n
nulla. 5. Phyſici , Aſtronomici alii
mathematici , Medici : quales *Lucret*
cum commentariis Lambini & Gifan
Manilius cum coment. Scaligeri ; A
Phænomena latinis verſibus à variis
preſſa; Ioviani Pontani meteora ; Sph
Buchanani ; Douza de rebus cœleſtibu
Iordanus *Brunus* de triplici minimo, *Se*
ni Sammonici medecina; Antonii Poſ
vini junioris medecina theoretica , qu
habet Poſſevinus ſelectæ biblioth. lib.
tom. 2. Auſonii Moſella , Natalis C
mes de Venatione ; NN. de Gigantib
editus cũ Magio de Gigantibus in 4. R
phael Thorius de Tabaco. Hebdom
ſecunda *Bartaſii* , interprete Iohanne *B*
nedicto. 6. Geographici ; ut Dionyſi
periegetes carmine latino; (de quo mo
Honteri Coſmographia ; adde Geogr
phiam poëticam modo indicatam ; Vi
gilii Æthnam. 7. Venatici & bucoli
poëtæ cum commentar. Hanoviæ 161
8. Qui antiquitates explicant , aut earu
explicationi maximè occaſionem dant,
ſat

ſatyræ Horatii, Juvenalis, Perſii, Lucilii. 9. Zannazarii, Sabini, *B*uchanani, Utriuſque Scaligeri, *Bezæ*, Heinſiii, Grotii poëmata, non paucas ſui ſæculi hiſtorias ſeu novitates attingunt. 11. Græcos, qui omnes ſimuli editi: Quinam autem ex tragicis, Epicis, Lyricis, & quibus cum commentariis potiſſimum comparandi; propter cauſam ſupra memoratam non indicabo. Sufficit mihi ſi Theologis noſtris. itidem deſignem Theologo-metaphyſicos, ut Orphei hymnos, Oracula Sibyllina ita dicta, ex editione Obſopœi. 2. Theologo-textuales; ut Homerocëtra, Apolinaris paraphraſin pſalmor., pſalm. Serrani & Dolſcii: Prov. Salom. Jacobi Meilerii. 3. Elencticos, ut carmina quædam Nazianzeni. 4. Theologo-Aſceticos, ut Syneſii hymnos, Nazianzeni carmina ex edit. Iohannis Langii. 5. Phyſicos, Aſtronomos, &c. ut Arati Phænomena; Philen de animalibus, cum tranſlatione Berſmanni, Reliquias poëſios philoſophicæ, ex edit. Henr. Stephan.; Oppianum de Piſcibus ex editione Rittershuſii; Heſiodi opera & dies cum coment. græcis ex editione Heinſii. 6. Geographicos, ut Dionyſium cum ſcholiaſte gr. typis regiis in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

4°. qui etiam cum paraphraſi latinâ m-tricâ, additâ & Priſciani, & cum ſcholiis editus ab Andrea Papio Gandenſi. Id[em] verſibus gallicis tranſlatus à *B*. Saumai[ſio] cum commentariis. 7. Qui antiquita[tes] habent, aut earum explicationi maxi[mam] occaſionem dant, Ariſtophanem cũ ſch-liaſte græco, Heſiodi Theogoniam, C[al]limachi hymnos cum coment. Friſchli[n]. Lycophronis Caſſandram cum ſcho[liis] Gul. Canteri, & commentario Meur[ſii]. III. Græcos verſus ex latinis, aut latin[os] ex græcis expreſſos. Illi ſunt, Scalig[eri] diſticha Catonis & Syri Mimi ſententi[æ], ſelecta epigrammata Martiâlis, nonnu[lla] Catulli, Tibulli &c. quæ require aut [ſe]orſin edita, aut in commentariis ipſius [in] Catullum, Virgilium. Ejuſdem pro-gus Perſii; Vide opuſcula Scaligeri in [&] & Perſium Caſauboni. Ejuſdem eclo[ga] decima Virgilii, quam & Heinſius tra-ſtulit: quære in comment. ejus ad The-critum, & in poëmatis. Frederici Iam-tii, & Vulcanii fama Virgiliana, ſeorſ[im] excuſa. Ejuſdem Vulcanii nonnulla C-tulli, quæ habes in comment. Douzæ [in] Catullum. Ejuſdem Iamotii Auſonii [i]dyllion; *Quod vitæ ſectabor iter* &c. exſt[at]

in editione gr. poëtarum georgic. bucolicor. gnomicorum Euſt. Vignon 1600. in 16°. Iohannis Foreeſtii tres elegiæ Heinſii, editæ cum ejuſdem Foreſtii poëmatis græcis. Frederici Morellii epigrammata quædam Martialis, edita cum comeutar. Theod. Marcilii & Deſid. Heraldi in Martialem, in 4°. &c. Ex græcis latini facti quamplurimi, ut Homerus ab Eobano Heſſo; ejuſdem Odyſſea & Batrachomyomachia à Simone Lemnio Rhæto Curienſi; Heſiodi opera & dies à variis, Ulpio Franekerenſi, Nicol. Valla, Bonino, Mambritio &c. vide editionem Oporini 1547. & alterâ Baſileenſem apud Iſingrinium, Theocritus ab Eobano, & magnam partem ab Heinſio & Grotio; Moſchus, Bion, Callimachus à Vulcanio, & aliquam partem ab Henr. Stephano & Politiano; idem Callimachus à Friſchlino; Aratus à Cicerone, Avieno, Grotio; Dionyſius periegetes à Priſciano, & Andreâ Papio Gandenſi; Muſæus ab eodem Papio; Theognis à Petro Tiara; Nazianzeni carmina à Iohanne Langio; Lycophronis Caſſandra à Scaligero; Sophocles à Georgio Rattallero; Ejuſdem Ajax Lorarius à Scaligero; Euripidis He-

cuba & Iphigenia ab Eraſmo; Ejuſdem
Electra & Alceſtir à Buchanauo; Æſchy
li Prometheus à Septimio Florente; Ari
ſtophanes partim à Friſchlino, partim
Sept. Florente Chriſtiano; Anacreon ab
Eliâ Veneto; & Henr. Stephano; Luci
ani podagra ab Anonymo; Orphei hymn
à Scaligero; Nonnulla epigrammata ex
florilegio gr. epigr. ab eodem; &c. IV
Hebræos vide in Buxdorfii poëticâ, &
paſſim in ejuſdem in bibl. Arabes plurim
cum exſtent, nulli tamen (quod ſciam)
adhuc typis editi, præter poëma Torga
Lugd. Batav. excuſum cum apothegma
tis Imperatoris Alis. V. Inter Poëtas vul
garibus linguis illi præ aliis commendat
eſſe debent, qui theologica aut philoſo-
phica, aut iis maximè affinia pertractant.
Hic eminet Saluſtius du Bartas, qui galli-
cè, belgicè, anglicè, latinè, germanicè
etiam Italicè (ni fallor) legi poteſt. Pe-
trachæ, & Dantis poëmata illa Italica
quæ ſtatum Eccleſiæ ſubinde attingunt
præ aliis poëtis potiſſimũ legentur à The-
ologis, occaſione tract. Bellarm. (qui ſubji
citur cõtroverſiæ de Põtifice) cõtra libellũ
Italicum Anonymi tit. Aviſo piacevole,
cui notis ſuis reſpondit Frãciſcus Junius.

Ap-

Appendix quorundam libellorum ſatyricorum, aut ludicrorum tum proſâ tum carmine.

1. ERaſmi *encomium Moriæ*; ejuſdem Antibarbarorum. 2. Epiſtolæ obſcurorum virornm; Quibus addi poſſunt. *Nænia miſſę ſepultæ cum præfatione*; & ſimilibus ſatyris barbariem imitantibus. Et carmina Merlini de Cocaio Italiſmis, & alterius Anonymi galliſmis vermiculata, de Danſis. Nec non poëma de pulicibus germaniſmis jocoſum, ſubnomine Knickknackii de Floilandiâ. 3. *Antichoppinus*, *ſeu epiſtola congratulatoria* M. *Nicodemi Turlupini*. 4. *Benedictus Paſſavantius*. 5. Lipſii ſatyra Menippea. 6. Heinſii *Munſterus Hypobolimæus*, cum Scaligeri refutatione fabulæ Burdonum. 7. Cunæi Satyra, cui tit. *Sardi venales*. 8. *Anonymi conclave Ignatii*. 9. *Navis Stultorum*. 10. *Thomę Nageorgii deſcriptio regni Papiſtici carmine*; Lœiii Capilupi centones. 11. *Hermiæ deriſor philoſophorum*; *Varia ſcripta Vireti partim latinè partim gallicè*; *Philippi Marnixii Alvearium eccleſiæ Romanæ gall. & belg.* cujus particula (agens de poteſtate Papæ) in latinum tranſlata. 12. Satyrica ſcripta philologorum Leidenſium adverſus *Batavicas hiſtorias Iacobi Braſſicę*, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Bockenbergii (aliter Tragoræ); Eorum dem belgico-latina poëmatica rhytmi adverſus Caroli Scribanii theatrum honoris, alioſque Ieſuitas, cum reſponſo Ieſuitarũ Antw. 13. *Matagonis de Matagonib monitoriale adverſus Italo-Galliã Antonii Matharelli. Ejuſdem Strigilis Papyri Maſſoni.* 1 Lucianus, Rablæſius, & ſi qui ſunt iſti cominatis; ſed qui divina & humana pa ter rideant: de quo præmonendi junior

CAP. IX.

De apparatu hiſtorico.

HUjus partes quatuor; quarum prin ſuggerit autores generales; ſecun autores ſpeciales, hoc eſt, omnis gene hiſtoricos; tertia chronologos; quart hiſtoricos ſacros & eccleſiaſticos. *Prin* habet 1. autores, qui de hiſtoriâ, & ſtud hiſtorico ſcripſerunt: quales Lucianus Chytræus, Peucerus, *Bodinus*, Lipſiu epiſtol. centur. 3. miſcell. epiſt. 61. a Hackevilium, Poſſevinus in bibliothec Keckermannus, Alſtedius in Mnemon câ & poſtea in Encyclopædiâ, Voſſiu 11. Dictionarium hiſtoricum. Plenius ir dicare non poſſum vulgato illo Caro Stephani, quod aliquoties auctum uſqu ad annum 1618; nondum tamen perfe

ctum

ctum. Illi addendum Ioh. Glandorpii Onomaſticon Romanum ex editione Reineccii, & dictionarium Geographicum Ortelii. III. Hiſtoriæ univerſalis compendiola, qualia Philippi Glaſeri, *Beſoldi*, Ionſtoni, *Sleidani cum notis Meibomii* &c. IV. Ejuſdem ſynopſes paulo pleniores, Guberlethi, Danielis Parei, &c. V. Ejuſdem pleniora commentaria, ut Peuceri & Melanthonis, Bucholceri, *Pezelii*, Philippi Cluverii Dithmarſi, Reineccii hiſtoria Iulia, Dreſſeri millenarius. VI. Hiſtoriæ univerſalis explicationes & diſputationes à principio mundi uſque ad Chriſtum Saliani, Tornielli, Andreæ Hoji, Iacobi Capelli. VII. Hiſtorias univerſales, à Chriſto uſque ad noſtram ætatem: quales, Merulæ theſaurus temporum belgicè; annales *Baronii*, quorum duo epitomatores Iohannes Gabriel Ieſuita, & Iohannes Spondanus. Sed uberior eſt epitome Spōdani, ſecundò edita Pariſiis an. 1622. cum auctario. VIII. Epitomen antiquam hiſtoriæ magis univerſalis: qualis Iuſtini, Flori, Eutropii. IX. Epitomen hiſtoriæ *Barbaricæ* Puteani. X. Libros faſtorum: quales Ovidii cum commentariis; Faſti conſulares *Sigonii* uſque

ad Auguſtum, & inde Onuphrii Panuin
Faſti Magiſtratuum & triumphorum Ro
manorum Huberti Goltzii. Vide inf
in appar. chronologico. Faſti Siculi cu
comment. Raderi. XI. Vitarum ſcripto
res, ſeu proſopograhi: quales, Sextus Au
relius Victor, Caſpiniani Cæſares, Eju
dem conſules, Reuſneri libri 7. Impera
torum, Regum, principum. Conferen
dus, aut primò conſulendus aliquis ex re
centioribus, ut Gulielm. Rovillius ſupr
l. cit. XII. Scriptores genealogici: quale
Reuſnerus modo cit., Michael Eitſinger
Pontus Heuterus ad finem hiſtoriæ Bur
gundicæ, Aubertus Miræus de ſtemmati
bus Belgarũ, Andreæ Schotti opuſculum
de familiis Romanorũ editũ cum Roſin
antiquitatibus poſtrem. edit., Anton. Au
guſt. & Fulvius Urſinus de familiis Roma
norum; genealog. biblicæ apud Lavateri
in coment. ad paralipomena, & Anonymi
Anglicè in 8. XIII. Inſcriptiones: quale
Opus inſcriptionum Gruteri, & Goltzii the
ſaurus rei antiquariæ; adde marmora A
rundeliana Seldeni, Adolphum Occo
nem alioſque numiſmatum collectores;
imprimis promtuario dello medagli &c.
Lione 1537. Scriptores de Gentium o-
rigine

rigine, migratione, moribus, linguis &c. quales *Lazius de migrationibus Gentium*; *Dureti theſaurus linguarum gallicè*; Beſoldus de gentium diverſitate & linguis. Aubanus Teutonicus de moribus Gentium; *Barclai* icones animorum. Adde ſcriptores Geographicos, infra c. 17. XV. Notitias regnorum, & terrarum: quales *notitię utriuſque Imperii Pancirolli*; Provinciarum Romanarum libellus authore Antonio Schoonhovio, & Andrea Schotto. Notitiæ Galliæ Ioſ. Scaligeri, quæ editæ cum ipſius opuſculis poſthumis in 8. Quibus adde topographiſtoricos, ut Pauſaniam, Dicæarchi geographiam ex edit. Henrici Stephani; Ubbonis Emmii Græciam, Martini Cruſii Turco-Græciam, alioſque geographos, & itineraria, ut Strabonis, Antonini: de quibus infra c. 17. XVI. Scriptores de rebus inventis & deperditis: quales Polydorus Virgilius, Pancirollus cum Salmutho. XVII. Scriptores antiquitatum: quales Iacobi Strada epitome theſauri antiquitatum; *Roſinus cum Demſtero*; Sigonius, Wolfgangus Lazius, *Lipſius*, *Iulius Cæſar Bulengerus*, in omnibus ferè operibus ſuis. Quibus adde *theſaurum Criticum à Grutero editum*; & eclogarios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſios antiquitatum ac memoabilium ſcri-
ptores, quos ſupra cap. 1. recenſeo. E
his omnibuſque hoc capite mox nomin-
dis libri, capita, tractatus annotari poſſe-
ad ſyntagma antiquitatum Roſini, quo
hâc ratione præſtaret plenum indicem a-
antiquitatates ſi non omnes, ſaltem Ro-
manas: Syntagma iſtiusmodi, antiquitat-
Græcarum, hactenus deſideramus. Interi-
aliquam ejus partem facient varia opu-
cula Meurſii de Feſtis Græcorum, Areo-
pago &c. XVIII. Conferendi politi-
ſpeciales infra cap. 21.; & apparatus Ge-
ographicus cap. 17. Et hiſtorici naturale-
cap. 13. n. 5. Et Onomaſtica, nomencla-
tores &c. ſupra cap. 3. Et chronologi
atque hiſtorici eccleſiaſtici; de quibu-
mox ſub finem hujus capitis agemus; de-
nique apparatus Theologiæ hiſtoricæ, d-
quo infra ſect. 2. cap. penult. XIX. Autores
qui ex profeſſo controverſias hiſtorica-
tractârunt, non ita indicare poſſim. Con-
ſulendi ergo ſunt ſcriptores univerſales, &
hiſtorico-philologi (quos vide ſupra cap.
1. & 1.) ut & Polemici politici, theolo-
gi, phyſici &c. Innotuere mihi nuper Mi-
chaëlis Beutheri queſtiones hiſtorica-
Argentinæ 1593. Sed earum exempla-
habe-

[h]abere non potui, ita ut non conſtet quid [&] quantum præſtiterit.

Appendix continens Particulares quarundam antiquitatum ſcriptores.

I. DE *Diis, ſacrificiis, feſtis aliiſque ſacris & ceremoniis*: Gyraldi ſyntagma de Diis Gentium; *Vincentius Cartari de iiſdem Ital.* cum imaginibus, qui in gallicum traductus ab Antonio Verdier, addito tract. de genealogiâ Deorum; Gulielmus Choul de antiquâ religione Romanorum, gallicè; Volaterranus de ſacerdotibus Romanis, qui libellus excuſus eſt, cum Repub. Romanâ Lugd. Batav. apud Elzeviros; *Stuckius de ſacrificiis Gentilium*; Heſiodii Theogonia, Ovidii Faſti, Natalis comitis mythologia; Seldeni ſyntagma de DIs Syris; Iul. Ceſaris Bulengerii eclogæ ad Arnobium; Voſſius de Idololatriâ; Hoſpinianus de Feſtis Gentilium; Caſtellanus, & Meurſius de Feſtis Græcorum. Ioh. Bertelii opuſculum de DIs Gentilium olim cultis in Germaniâ & Belgio, editum cum hiſtoriâ ejus Luxenburgicâ. Adde Roſinum & Demſterum modo

cit. Novitios hiſtoricos,de religione Ta-
tarorum, Chinenſium, Iaponenſium, A-
mericanorum &c. Et autores cit. in Diſp
noſtris de Gentilibus, de ſuperſtitione, d
feſtis, de Templis. Confer intra ſect. 2
cap. ult. apparatum theologiæ hiſtorica
II. *De ludis*, Muſicâ, ſaltationibus, ſpe-
ctaculis, triumphis, &c. ut *B*ulengerus d
Theatro; Petri Fabri Agoniſtica; Meu-
ſius de ludis Græcorum; *B*ullingerius d
ludis privatis, Meurſius de ſaltationibus
Mercurialis Gymnaſtica; Paſchalius d
Coronis; Panuinus de Triumphis, Lip-
ſius de Saturnalibus, & Amphiteatro; qu
agunt de Comœdiâ, Tragœdiâ, ſatyra &c
ſeorſim, aut in arte poëticâ, ut Ariſtoteles
Iulius Cæſar Scaliger, Poëtica Gieſſe-
na, & autores ibi cit. Aut alibi, ut Hein-
ſius in comment. ad Horatium, Caſau-
bonus in comment. ad Perſium. Onu-
phrius de ludis Circenſibus; Bulenge-
rius de circo Romauo & venationibu
circi. III. *De funeribus*; ut, Gutherius d
Iure manium; Kirchmannus *de Funeribus*
Meurſius de funere & puerperio. IV. *D*
conviviis, Nuptiis & ritibus Nuptialibus
Stuckii convivalia; *Briſſonius*, *Hotomannu*
&c. De ritibus Nuptialibus, nunc ſimu
edit.

edit. Lugd. Batavor. His adde, Meurſium, de Luxu Romanorum, Ioh. Fridericum Matheneſium de ritu bibendi in ſanitatem; *Bulengerium de conviviis: antiquarios eccleſiaſticos de Agapis.* IV. *De regimine* politico, Magiſtratibus, legibus, judiciis, &c. Ut Poſtellus de Magiſtratibus Athenienſium, *Reſpublica Romana, apud Elzevirios Lugd. Batav., Hotomannus ad leges Romanas, ordine alphabetico digeſtas*: Meurſii Areopagus, Lipſius de Cruce, Gallonius de martyrum cruciatibus: Adde *Iul. Cæſarem Bulengerim*, Sigonium Wolfg. Lazium de Imperatore & Imperio Romano; Sigonium de antiquo jure civium & provinciar. Romanar.; Nicol. Gruchium de comitiis Romanis; Gutherium de officiis domus Auguſtæ; Magium de equuleo, cum notis; Lipſii admiranda Imperii Romani. Hic conferendi imprimis ſcriptores politiar. ſpecialium; inter quos Reſp. Athenienſis, Spartana &c. Keckermanni; Sigonii & aliorum Reſpublica Hebræorum. VI. De militiâ; *Lipſius* & Valtrinius de militiâ Romanâ, Flavius Vegetius, & Frontinus cum comentar. Steuwechii, Bulengerius de ſpoliis bellicis, Erycius Puteanus de militari ſtipen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

dio Romanorum, Contarenus de frumentariâ largitione & militari ſtipendio Romano. Confer Grotium de Iure pacis & belli, ex poſtremâ editione cum notis autoris. VII. De domibus, utenſilibus & vaſculis &c. Bayſius, Vitruvius, cum *Lexico* Vitruviano Ubaldini *Baldi*. VIII. De Nummis, ponderibus, menſuris; *Budæus*, *Georgius Agricola*, Mariana, *Angelocrator*, Georg. Heniſchius de aſſe & partibus, Everhardus Brevewood de ponderibus & pretiis veterum nummorum, Robertus Sennalis de menſuris, Ioh. Choquier de re nũmariâ priſci ævi. Troſtius, *Waſerus*, *Iacobus Capellus*, Ioſephus Scaliger, Willebrordus Snellius, Paëtus, Villalpandus in commentariis in Ezechielem. Sed catalogus nimis prolixus foret: Vide plures ab Angelocratore judicatos. Adde Marq. Freherum de re monetariâ, & Chriſtoph. Beſoldum de eâdem & *Bornitium* de nummis in Republ. percutiendis &c. quamvis hi tractatus ad politicam commodè referantur. IX. *De Veſtibus* & re veſtiariâ, *Bayſius*, confer Salmaſium, & Ludov. de la Cerda in Tertull. de Pallio. B. Gorleum & Henr. Kitſchium de annulis & Iul. Nigronium de calceo. X. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſervis, Laurentius Pignorius, & Auſonius Popma. XI. De Uſuris, Salmaſius. XII. De agriculturâ & re ruſticâ, Varro, Columella, Palladius. Sed hos vide infra cap. 20. Abrumpo: nimis n. operoſum foret omnes hic exhibere, quos partim memoriâ teneo, partim in memoriæ ſubſidium ad ſyntagma Roſini olim annotavi.

Autores Hiſtorici.

SEcunda pars indicat hiſtoricos, qui imprimis in bibliothecam aſciſcendi ſunt, I. *Magis univerſalis*, quales Iuſtinus ex edit. Laurentii Rhodomanni gr. lat.; Euſebii chronicon cum caſtigationibus Scaligeri, Sulpitii Severi hiſtoria cum notis Druſii, & Sigonii: Hiſtoria Pauli Oroſii, Bedæ ætates Mundi, Conſtantini Manaſſis Chronicon gr.lat. ex edit. Leunclavii. II. *Particulares* hiſtorias græcas, nec non monarchiæ primæ, ſecundæ & tertiæ, & ſunt Arrianus, Thucydides, Curtius, Pauſanias, Plutarchus, Herodotus de quibus ſupra. III. *Particulares hiſtor.* Romanos, quales Livius, Suetonius cum diverſis commentatoribus in fol. Pariſiis: Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores cum comentariis,

Caſau-

Caſauboni & Salmaſii: Herodianus Henrici Stephani, Tacitus ex editione *Bernecceri*, aliorumque complurium, qui vulgò ſatis noti, ut & reliqui hiſtorici Romani Florus, Saluſtius &c. IV. *Particulares* hiſtorias Iudaicas, quarum autor Flavius Ioſephus. Adde Gorionidem à Munſtero editum hebr. & latinè, & Chronicon Iudæorum majus hebr. lat. ex edit. Genebrardi: Chronicon minus hebr. lat. edente Munſtero cum calendario hebraico. Adde & Itinerarium Benjamini, de quo infra câp. 17. Alios autores, qui ad antiquitates Iudæorum jam inde à tempore Chriſti explicandas quid conferant, judicavi in diſp. de Adventu Meſſiæ, & de Iudaiſmo. 5. Particulares hiſtoriæ Arabicæ, Perſicæ, Æthiopicæ, Copticæ &c. latent adhuc iu bibliothecis. Interim fruantur φιλομαθεῖς hiſtoricâ Turcicâ Leunclavii; Hiſtoriâ Saracenicâ Elmacini Arab. lat. & Roderici Toletani; Schichardi Tarich Regum Perſiæ; Mirkondi hiſtoriâ ex Perſico in Hiſpanicum traductâ: Vita Tamerlanis gallicè & latinè: Eadem Arabicà deſcripta, & Lugduni Batavorum edita: Guodignii Ieſuitæ Æthiopicâ: &c. Leonis Africâ; Confer infra c.

17. Hiſtoricas de religione Mahomedica, ejuſque ortus incrementis, alibi indicabimus, in diſp. ſcil. de Mahumediſmo, & infra ſect. 2. cap. ubi de Theologiâ elenctiâ. 6. Confer Hiſtorias & notitias eccleſiaſticas: vide infra ſect. 2. cap. 7. Confer politicis ſpeciales infra c. & topographos. c. 17. 8. *Hiſtorici recentiores* magis Univerſales, jam inde à ſæculo decimoquinto, uſque in hunc diem, ſunt Cominæus, Iovianus Pontanus, *Franciſcus Guicciardinus*, Paulus Iovius, *Sleidanus* cum ſupplemento, *Thuanus*, Petrus Matheus. Adde ex recentioribus Græcis Laonicum Chalcondylam, cum Martini Cruſii Turco-Græciâ. 8. *Magis particulares* ſuæ cuique nationis non eſt quod indicem. Eos require in Bodino, Keckermanno (antehac cit.) Gordono chronolog. tom. 1. cap. 10. Danielis Parei prolegom. ad ſuam Medullam hiſtoriæ univerſalis. Editiones autorum, pete ex Poſſevino, & Voſſio de hiſtoricis græcis & latinis.

Apparatus chronologicus.

TErtia pars cõplectitur autores chronologos: ubi occurrunt, 1. ſyſtematici & iſa-

Iſagogici,de arte chronologicâ, & ſupp
tatione temporũ, quales Alſtedius in pra
cognitis Theologicis, qui primũ aliquem
guſtum dabit tyronibus; cui addendi Sc
ligeri canones Iſagogici, ejuſdem com
mentar. in Hippolyti canonem paſch
lem, Lalæmantius de variis annorum fo
mis. Lilius Gyraldus & Hadr. Iunius d
anno & menſibus. 11. Computi & Ka
lendaria; ut Sacroboſci, Et Clavii com
putus eccleſiaſticus; Gyraldi calidariu
Romanum & Atticum, auctum ab El
Reuſnero; Calendar. Romanum Manu
tii, Sigonii, cum faſtis Ovidii eorumqu
commentatoribus; Pauli Eberi Calenda
rium; Faſti Kalendares Sibrandi Siccamæ
Olympiades & faſti Franciſci Hardi, *Mic.*
Beutheri ephemeris hiſtorica. Quibus add
Hoſpianum de Feſtis, Mantuani Faſtos &
vulgaria Kalendaria eccleſiaſtica; qual
una cum martyrologiis, Miſſalibus, Bre
viariis Romanis,catalogis ſanctorum,eti
am ſeorſim in Papatu edi ſolent. Huc refe
Ciſio-Ianum,ſeu verſus memoriales;qua
les apud Merkerckium ad finem libri d
pronuntiatione linguæ græcæ. Imprim
Theologis adhibendum *Calendarium He*
braicum Seb. Munſteri. Mich. Beutheri fa
ſ

ti Hebræi, Athenienſes, & Romani; Ka-
endarium Paleſtinorum R. Ori in lati-
um tranſlatum à Chriſtmanno in 4. Ka-
endarium Ruthenorum, apud Poſſevin.
n apparatu ſacro, in voce *Rutheni*. Com-
utus *A*lexandr., Samaritanus &c. apud
Scaligerum de Emendatione tempor.;
Menologium Græcorum; *Fabritii Padu-
ni Calendarium*, in quo feſta eccleſiæ, faſti
Romanorum Græcorumque, & ortus ac
ccaſus ſyderum continentur. III. Con-
er apparatum aſtronomicum: de quo in-
ra cap. 16. Ex omnibus tyroni percur-
enda, aut repetenda Aſtronomia Kec-
erm. aut Alſtedii, ubi & alii autores in-
icantur, unde illi ſuam medullam hauſe-
unt. Adde Fabritii Paduani catenam
emporis, IV. Epitomæ chronologicæ
antum ſupputantes, res ipſas ac rerum no-
itionem ac narrationem vix attingentes:
uales Caroli Bovilli ſupputatio &c. Sa-
nerii Ieſuitæ, item *B*ellarmini, quæ edita
um libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis;
Iſidori Hiſpalenſis origin. lib. 5. & Math.
Beroaldi, quæ ſubjecta eſt ipſius chronico,
V. Chronologiæ rerum geſtarum notatio-
nem, cum ſpeciali chronotaxi exhiben-
es: quales *Helvici*, *Himmelii*, Bedæ &c.

VI. Chro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

VI. Chronico-hiſtoriæ univerſales: q
les *Bucholceri*, Genebrardi, *Calviſii*. H
refer Lucii Dextri chronicon nuper edi
annales Conſtantini Manaſſis & Glyc
Logothetæ chronicon Conſtantinopo
tanũ: chronologia Perſarum per *Livel*
anglicè. VII. Chronico-hiſtoriæ V.
tantum, aut uſque ad finem vitæ Chr
aut N. T.: quales *Iacobi Capelli*. Phili
pi Lansbergii. Et qui controverſias op
roſius ex profeſſo tractant, Scaliger
Euſebium, Salianus in annalibus, T
niellus: de quibus mox. VIII. Chr
nologico-hiſtoriæ N. T. tantum: qu
les Centuriæ Magdeburgenſes, *B*
ronii annales, cum epitomatoribus
Antagoniſtis. Compendii & manud
ctionis inſtar ſit Iacobi Capelli, ſpe
men; ſed quod ad Valentinianum tantu
deduxit. IX. Chronotaxes, ſeu chronic
hiſtoriæ ſacræ V. T. tantum: ubi p
manuductione, immo & inſtar omnium
Davidis Paræi,' nuperrime edita; Exſt
etiam Tirini Ieſuitæ chronicon ſacrum
editum cum ipſius commentariis in l
bros Regum. Cum quibus ſuo tempo
cõferri poſſunt chronotaxes præmiſſæ r
centioribus nonnullis comentatoribus

ſcr

ripturam. x, Chrono-taxes & chroni-
o-hiſtoriæ N. T. tantum : qualis præ-
iſſa comentariis Corn. à lapide in Evan-
eliſtas ; cum quâ conferendi Harmoniæ
vangelicæ concinnatores , aut in eas co-
entatores : imprimis etiam chronologia
erardi Mercatoris. x I. Chronotaxes ,
u chronologiæ Thycydidis , Herodoti,
ſtini (autore Chytræo) aliæque alio-
m quæ cum hiſtoricis (præſertim uni-
erſalioribus, Diodoro, Floro, Livio &c.
li ſolent. x I I. Controverſiar. Chro-
ologicarum ſcriptores , *primæ claſſis*
caliger de Emendatione temporum & in E-
nchis chronologicis Paræi , & ſubinde
epiſtolis; Dioniſius Petavius in *rationa-*
temporum, & de *Emendatione* &c. *Iohan-*
s Paul ab Adenſtet in ſcopulis chronologicis,
enricus Philippus Ieſuita; *Samuel Petitus in*
logis chronologicis & Miſcellan. lib. 8. &
; Math. Beroaldus; Hugo Broughto-
us in concentu ſcripturæ , aliiſque opuſ-
lis ſed anglicè ſcriptis. Adhæc Tho-
as *L*ydiat de anni ratione &c. Keplerus,
lavius , Deckerius &c. qui proprietra-
ât chronologicos nodos N. T.; Ioh. Re-
i epiſtol. chronolog. Phil. Stippii exerc.
ronol. de 70. hebdom. Danielis. Et hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

prima claſſis ſit diſputatorũ chronolog
Secunda claſſis ſit eorum, qui chronolog
ſeu chronica conſcribuut; quibus pr
mittunt, aut ſubjungunt, aut interſer
quæſtiones chronologicas: quales G
donus, Mercator, *Scaliger in Euſebian*
Lansbergius, Helvicus, Sethus Calviſi
Iohannes Behm, Michaël Meſthlin
David Pareus. *Tertia claſſis ſit* eorum,
ex profeſſo hiſtorias univerſales, aut
T. aut N. T. tantum conſcribunt; &
controverſias admiſcent: quales Salian
Torniellus, Iac. Capellus, Andreas H
jus, Baronius. *Quarta claſſis* commen
torum ad ſcripturam; inter quos imp
mus notandi. Pererius, Serrarius, &c.
qui ex illis exſcribit Corn. à Lapide;
noſtris Martyr, Lavaterus, Willetus i
primis & Reynoldus in lectionibus ad
bros apocryphos. Huc refer & comen
tores ad Iuſtinum, alioſque hiſtoricos p
fanos. *Quinta* claſſis ſit, eorum qui lo
communibus aut diſputationibus The
logicis, quæſtiones chronologicas ſu
inde admiſcent; quales Azorius, Zw
rez, Melchior Canus in locis Theolo
Sexta claſſis eorum, qui in hagiologii
martyrologiis, Vitis ſanctorum aut vi

um illuſtrium, chronologiā datâ occaſio-
e attingunt: inter quos *Baronius* in noctis
d martyrolog. ! Molanus ad Vſuardum;
hilippus Ferrarius in catalogo ſancto-
um extra martyrologium; Surius in vitis
nctorum. Confer ſect. poſterioris cap.
6. & in apparatum Aſtronomicum, &
Topographicum; Et apparatum hiſtori-
um generalem modo deſcriptum.

Apparatus hiſtoriæ ſacræ.

. SYnopſes hiſtoriæ ſacræ V. T. aut V.
& N. T. quales Melanthonis, Gut-
erlethi, Ionſtoni &c. II. *Prolixæ* de-
riptiones, & hiſtoriæ; ut Andreæ Ho-
, Saliani, Tornielli, *Iacobi Capelli*. III.
ui vitas ſcripſerunt, ut Perionius, aliiq;
dicati lib. I. IV. Qui controverſias &
ubia determinant circa hiſtoriam ſacram
ræter comentatores ſuo loco indican-
os (Pererium ſcil. Serrarium, Martyrem
avaterum, Zanchez, A Lapide, Wille-
um &c.) ſunt potiſſimum, Daneus in pri-
i mundi antiquitatibus; Torniellus in
nnalibus ſacris; Chriſtophorus Pelargus
quæſtionibus ad Matheum. V. Confe-
endi, 1. qui dubia & controverſias ad hi-
oriam profanam determinant. II. Ap-
aratus chronologicus modo indicatus. 3.

Appa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Apparatus chorographicus, & archi-
ctonicus, de quo infra. 4. Apparatus te-
tualis ſeu ſcripturarius; de quo hujus li
ſect. 2. cap. 4. VI. Conferendi & hiſto-
ci eccleſiaſtici; de quibus ſect. 2. cap. 9.

CAP. X.

De Apparatu philoſophico in genere.

APparatus univerſalis omnium artiu
& ſcientiarum philoſophicar. gem
nus eſt: quorum unus autores univerſal
præparãtes & juvantes complectitur; alt
vero autores univerſales, qui omnes a
pleraſque ſcientias pertractant. *Prior pa
apparatus* habet I. *præcognita* & proleg
mena philoſophica, ut Toleti, Conim
bricenſ. Ruvii, Ariaga, Euſtachii de S
Paulo &c. quæ phyſicis ſuis, aut curſibu
philoſophicis præmittunt: ſed longè pra
fero præcognita philoſoph. & logic
Keckerm. & Alſtedii, cum quibus con
fer Technometriam Ameſii & Ludovic
Vivem de cauſis corruptarum artium; &
Rami ſcholas Logicas, Metaphyſ., &
Iohannem Baptiſtam Criſpum de philo
ſophis cautè legendis; Poſſevinus biblio

ch. lib

h. lib. 12. Sextus Empiricus contra Mathematicos; Orationes Nunneſii, Paſchaſii, Monlorii ſeorſim in 8. editæ, ubi de Philoſophiâ Ariſtotelis, & methodo ac modo eam interpretandi. II. *Lexica* philoſophica: inter quæ excellit Rod. Goclenii. III. *Axiomata*, & effata philoſophica: quorum quædam nuda: quædam cum explicationibus & diſtinctionibus edita. *Iſtius* generis ſunt axiomata *Bezæ*, cum explicationibus recentiorum; Effata philoſophica Iſendornii; Item Thomæ Sagittarii: & talium uſus eſt in diſputationibus, præcipuè pro reſpondentibus. *Illorum* antiquitus uſus erat in diſputationibus, pro opponentibus; immo in concionibus, ſiquidem egregiis ſub apatu concionandi Magiſtris credimus. ic enim autoritates ille (vulgo ſic dictæ) *Ariſtotelis, Senecę, Boëthie Platonis, Apuli Africani, Empedoclis, Porphyrii, & Gilberti Porritani*, & titulo præſcribunt, & in prologo uberius explicant ac probant, editionis in minori 8. anno 1493. apud Michaëlem Nigrum morãtem ſupra mõtem ſancti: *Cum enim*, inquiunt, *Ariſtotelicæ tam ad populũ prædicanti, quam in artibus ſtudenti non modicũ ſententię fulgentioris*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

„cognitionis cujuſlibet ſcientię præbeant robu
„atque fulcimen immo in præſentiarum pro ma
„giſtralibus brevibuſq; ſermonum introductioni
„bus ad populum ac earundem ſermonum ſui
„certis in locis, membriſque ornatioribus relucen
„tiis ejuſdem Ariſtotelis in viâ naturali, fatu
„ut commentator ſuper libro primo phiſicorum
„luminis mundi cujus ortus primum carpſit hu
„jus vitæ auras, anno quintodecimo qui & ar
„tarxerſes decimi regis perſarum &c. Fiunt au
„tem thematum in ſermonem intentum introdu
„ctiones modis ſequẽtibus & pluribus aliis. Prin
„cipio per magiſtralem ſententiam: verbi gratia
„Sit thema illud Lucæ. XI. Beati qui audiun
„verbum Dei &c. Introduc. ſic. dicit Ariſto
„teles primo de animalibus. Omne ani
„mal aures habet habens eas mobiles præ
„ter homines, & hoc ratione mobilis com
„plexionis, nam ut dicitur ibidem, ſicut au
„rum excellit omne metallum: ſic homo
„omne animal: cum ſit homo auimal ratio
„nale mortale, dicipline ſuſceptibile, man
„ſuetum natura, igitur cum talis ſit, jugiter
„verba ſalutis intente attendat domino di
„cente Mathei 13. Luce 8. & Apocalip.
„2. & 3. Qui habet aures audiendi audiat.
„In quibus verbis prætenditur virtus ſenſi
„bilis ſive ſenſualis audiendi quæ & in ani-
mali-

nalibus intellectualis & affectualis qui-„
amen in hominibus pſal. 44. Ecce pri-„
num & vide conſidera, ſecundum & in-„
a aurem tuam, perpende tercium. Et„
ugustinus 12. 51. confeſſionum, locu-„
us eſſe domine voce forti ad aurem me-„
n. Qui igitur negligentur audit verbum„
ei tantum peccat ac ſi Chriſti corpus ac-„
ptum expueret in terram 1. q. 1. Inter-„
go vos fratres & eſt textus *Auguſtini*,„
tem tamen caute lege. Hujus etiam au-„
s creſcent in aures azininas, id eſt, in æ-„
rnam confuſionem ut narrat Ovidius li-„
o 8. Metamorphoſeos à metha eſt trans„
Morphoſis, id eſt, mutatio, de mida ne-„
gente auſcultatore ſimphonie inter„
nœbum, id eſt, ſolem & Pan, id eſt,„
eum ruſticorum. Dictum eſt igitur.„
eati qui audiunt verbum Dei & cuſto-„
unt illud. Item ſit thema non veni vo-„
e juſtos ſed peccatores Mathei 10. Lu-„
5. Introduc ſic dicit Auguſtinus ſuper„
nnem Magis eſt juſtificare impium,„
am cœlum creare, ſubjungit cauſam,„
elum & terra tranſibunt electorum au-
n ſpiritualis juſtificatio permanebit. I-„
n in libro de natura & gratia non po-„
t homo bene & ordinate vivere niſi„

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

„lumine gratiædivinitus adjuvetur. Eſt
„enim gratia quaſi quidam radius lucis æ-
„terne quod qui percæperit ei non reſi-
„ſtendo illuminabit qui vero eidem obi-
„cem ponit in tenebris exterioribus per-
„manebit Cauſa autem adventus Chriſti
„in carnem fuit juſtificare impios Luc.19.
„Venit filius hominis quærere & ſalvum
„facere quod perierat & primo ad Timot.
„1. Chriſtus venit in hunc mundũ pecca-
„tores ſalvos facere. Auguſtinus in lib. de
„verbis Domini. Tolle morbos tolle vul-
„nera & nulla erit cauſa medicinæ. Idem
„13. De Trinit. licet cui omnia æ-
„qualiter ſubjacent ſanande miſeriæ no-
„ſtre: alius fuerit modus poſſibilis : ſed
„convenientior non fuit quam Chriſtum
„incarnari ut homo & Deus videri poſſet
„quem homo eſſet ſecuturus. Dicit ergo
„nõ veni vocare juſtos ſed peccatores. Se-
„cundo poteſt fieri introductio per quan-
„dã diviſionem ut ſi thema fuerit de ju-
„dicio dicatur. Quatuor requiruntur ad
„judicium Dei. Primnm eſt tuba popu-
„lum convocãs. Secundum ſcriptura ne-
„has declarans. Tertium ſententia con-
„demnans. Quartum miniſter ſententiam
„judicis exequens. Tertio fieri poteſt à
ſenſu

„ſenſu contrario ipſius thematis. Item
„quarto ſilogiſtice ſic. Quicunque adhæ-
„ret Deo bonitatatem ejus fontis largiſſi-
„me experitur, ſed corpus ſubditum pec-
„catis Deo non adhæret cum ſola caritas
„dividat intra filios Dei & Sathane, igitur
„corpus ſubditũ peccatis fontem bonita-
„tis Dei non experitur & ſic communiter
„in omni modo & figura. Multa alia hic
„adduci poſſent de quibus ad præſens eſt
„ſuperſedendum. Unum tamen eſt menti
„tenendum quo introductio ſermonis ha-
„bet ſe ſicut exordium ſive arenga exem-
„plaris, ideo ſummopere cavendum ne ſit
„nimis lõga ita ut impediat executionem
„membrorum ipſius ſermonis alias eſſet
„vitioſa. Et ſemper debet generaliter con-
„gruere & coincidere cũ materiâ thema-
„tis ut ſua ut quaſi admodũ ſæte introdu-
„cat materiam thematis præ intentam. Et
„ad hoc per maximè valẽt dicta Ariſtote-
Joh. Downame in Hoſeæ quatuor priora capita; Arturum Hilderſſam in Johannem; Willetum in epiſtolam Judæ; Rich. Stock in Malachiam; Sebaſtianum Benefield in Amos priora capita; Dixon in epiſtolam ad Hebræos. Alios præter jam nominatos, & infra cap. 4. quis data occaſione inſpicere aut conſulere deſideret, nomina eorum diſcat ex Poſſevini apparatu, imprimis ex catalogo Interpretum bibliothecæ Oxonienſis. Suffecerit à nobis delectum hunc indicatum fuiſſe. VII. Indicem ſeu repertorium concionatorium ex autoribus jam commendatis triplicem quis conſtruere queat: *Primum*, ſecundum materias (præſertim practicas) ordine alphabetico; niſi quis malit ad loc. comm. ſuos Theologicos annotare. *Secundum*, juxta ordinem librorum, capitum, & textuum ſcripturæ; quod vel in chartâ ſeorſim, vel ad exemplar aliquod Bibliorum fieri poſſet: & hic auxilio erit, catalogus Interpretum in biblioth. Oxonienſi. *Tertium*, ſecundum genera concionum libro priori à nobis deſignata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

CAP. IV.

De apparatu Theologiæ textualis ſeu ſcripturariæ.

AD plenam & omnimodam cujuſq loci, aut capitis, aut libri ſcripturæ explicationem, uſum præſtabunt præt autores generales, qui de ratione & mo dextrê interpretandi præcipiunt (qu ſupra cap. 1. hujus ſectionis indicavimu & præter regulas ac methodum inve tionis, quam oſtendimus lib. 1. cap. 1. autores ſequentes I. Juſti & ple comentatores: quales in totam ſcript ram non exſtant, quamvis eo nomi quoſdam perpetui Bellarmin. in indi qui ſubjicitur libro ipſius de ſcriptorib eccleſiaſticis; & Poſſevinus in appara ſacro, in voce *Biblia*; & Angelus Ro cha in ſuâ bibliothecâ Theologic. Pa ne abſolviſſet ſed ſuo modo Corn. à L pide, ſiquidem vita ei annis aliquot pro rogata fuiſſet. Exſtant n. ejus commen in Pentateuchum, Prophetas majores & minores, Proverbia, Eccleſiaſten, Can tica, & apocryphum Syracidem & Ba

ruch.

ich, Totum N. T. Sed quid in iis
eſideremus breviter dicemus. 1. In-
rpretationes Pontificiorum ſuorum, &
atrum non ſemper omnes refert. 2.
oſtrorum raro, refert aut non ex pro-
ſſo: aut ſicubi hoc faciat, tantum occa-
onem quærit calumniæ. 3. In pluri-
is locis difficilibus & illuſtri ac prolixo
omentario illuſtrandis, ſæpe jejunus eſt,
mmo mutus magis quam piſcis. 4. In
hilologicis ſacris hoſpes eſt, & conſe-
uenter admodum parcus: defuit enim
eruditio in linguâ Græcâ, imprimis
tiam in Hebræâ, cæteriſque orientali-
us, & conſequenter in iſtarum lingua-
rm idiotiſmis, elegantiis, antiquitati-
us. 5. In moralibus & practicis, po-
illiſticas quiſquilias, & carbones pro
heſauris, ex Contipratenſi, Diſcipulo de
empore, legendis, vitis patrum & ſimi-
ibus ἄχθεζι ἀρύρης, fabularum promis
ondis, plerumque obtrudit. 6. Brevi-
r ingenium εὑρετικὸν, ſubtilitas, & ju-
icium ſubactum non ita ad fuiſſe illi vi-
etur, ut cum Toſtato Abulenſi, Thomâ,
yrâ, Cajetano, Eſtio, Zanchez; nec
ultiplex eruditio & lectio, ut cum Abu-
lenſi,

lenſi, Ariâ, Montano, Maſio, & noſ[...]
Mercero, Calvino, Beza, Bucero, M[...]
culo, Willeto, &c. comparari po[...]
Quia tamen ex ſuis pleraque labori[...]
collegit, & ſubinde ad alios autores [...]
gitum intendit, inſuper hodiernas ſch[...]
læ & ſynagogæ Romanæ interpretat[...]
nes exponit & tuetur, non inutiliter e[...]
comparabunt Theologi. Ex antiqu[...]
ribus tanquam univerſales & commu[...]
commentatores habiti fuerunt Lyra[...]
& Gloſſa ordinaria. Nova eorum e[...]
tio Pariſienſis per Fenardentium, D[...]
dræum &c. quia emendata & interpo[...]
ta, aucta dicitur, mihi ſuſpecta eſt. Au[...]
ergo ſim ut genuinas & puras editio[...]
utriuſque ſibi comparent φιλομαθ[...]
Porro ſi quis feſtinans veterum interp[...]
tationes compendio ſibi exhiberi poſt[...]
let, is præter gloſſam, & comentari[...]
Lapide, conſulat catenas tum gr. tu[...]
lat., ut Thomæ Aquinatis in Euange[...]
ſtas, Græcam in Jobum, aliaſque de q[...]
bus Poſſevinus in apparatu. Si quide[...]
Hexapla exemplo Andreæ Willeti in r[...]
liquos omnes ſcripturæ libros adorna[...]
eſſent, utique omnibus catenis & rece[...]

tiorum

orum collectionibus ea præferenda eſſe
utarem. II. Editiones correctæ Bi-
liorum in originalibus. 1. V. T. *cum*
unctis Plantini in 4°. aut 8°. quotidiano
ſui aptiſſima, ſiquidem haberi queant;
n minus, Roberti Stephani in 16°. quæ
mendatiſſima; ejuſdem in 4°. ſed non
im emendatè excuſa. 2. *Sine punctis*,
lantini in 8°. aut 24°.: quod ſi haberi
equeant, comparanda erunt Hanovien-
a in 24°. aut nupera Amſtelredamenſia
1 8°. 3. *N. T.* Roberti Stephani aut
Vecheli in 16°. cum variis lectionibus.
juſdem in fol. cum Bibliis Græcis.
Adhæc Elzevirianæ edit. Lugdun-
Batav. in 16°. quam emendatiſſimæ.
unt elegantes editiones Plantini in 8°.
uæ cum Bibliis Hebr. in 8°. compingi
ueant: quod ſi earum copia non ſit, ſub-
ituatur Amſtelredam. Janſonii in 8°.
II. Tranſlationes Orientales 1. *Chal-*
aicæ V. T. ex emendatiſſima editione
punctatione Buxdorfii in fol. ubi ad-
ita habes Baal Tourim, Maſoram par-
am & magnam, ſelectiora comentaria
abbinorum &c. Deeſt autem hic Tar-
um Ionathan in Pentateuchum, quod
in

in 8°. Chald. Lat. ſeorſim editum co
parari debet. In Bibliis Regiis Plan
exſtat Latina tranſlatio Targumim. Se
ſim etiam partes aut particulæ ejus,
e. gr. in Pentateuchum, Pſalterium, P
phetas minores. Edidit Paulus Fag
Targum in Pentateuchum, cum come
tar. doctiſſimis. Petrus Coſtus edi
Targum Chaldaicè, ab eo quod nu
habemus diverſum; & citat illud Pine
in Eccleſiaſten: ſed nondum conti
illud videre. 2. *Syriaca* V. T. nondu
edita; ſed exſpectatur. Interim utant
linguarum ſtudioſi Pſalterio ex edit. E
penii. 3. *Syriacâ* N. T. à Tremellio pu
ctata, cum tranſlatione in fol., & Wi
manſtadii ſine tranſlatione, & Guido
Fabritii cum tranſlatione, ſed ſine pu
ctatione, & cum Bibliis Regiis puncta
charactere Syro & Hebræo cum tranſl
tione. Quia autem iſtæ editiones hau
facile comparari poſſunt, nec uſibus quo
rumcunque quotidianis ita inſerviun
comparanda erit editio Gotheno-Anha
tina Troſtii, in 4°. cui addenda Plantin
in 8°. aut 16°. ſine punctis & characte
Hebræo. Sed in iſtis editionibus deſun

epiſtol

-piſtolæ quatuor, & Apocalypſis: illas
-rgo comparabis ex edit. Peakok Angli
4°. iſtam ex edit. Ludovici de Dieu
4°. cum punctatione & tranſlatione:
-uæ tamen latine cum notis ante edide-
-t Balthazar Etzelius. 4. *Arabica* V.
. nondum excuſa, ſed exſpectatur. In-
-rim fruantur φιλάραβες pſalterio Ro-
-æ edito cum punctis & tranſlatione,
Pentateucho edit. Erpenianæ, ſed ſine
-anſlatione & punctatione. 5. *Arabica*
-I. T. tota non eſt edita, quod ſciam, niſi
-b Erpenio, ſed ſine punctis & tranſlatio-
-e. Habentur & 4. Euangeliſtæ ex edit.
-om. cum tranſlatione ſed non punctata
fol. Alias quaſdam particulas, ut epi-
-olam ad Titum, & ſimiles non eſt quod
-ommendem. 6. *Hebraica* N. T. autore
-lia Huttero. Matheus ſeorſim, & epi-
-ola ad Hebræos à Munſtero edita cum
-anſlatione & notis. Idem Euangelium
-Iathei, ſed ex aliâ tranſlatione aut ſaltem
-orrectione dedit Tilius Epiſc. Melden-
-. 7. *Samaritana*, Perſica, Coptica,
-Æthiopica adhuc exſpectantur. A Iu-
-æis paraphraſis Perſica Pentateuchi, cum
-hald. Onkelos, & Arabicâ R. Saad.

Gaon

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Gaon ſemel fuit edita: ſed quotuſqui
exemplar ejus nanciſci potuit? ita
habenda ſit quaſi ἀνέκδοτος. Idem di
de parte N. T. Æthiopicè ante ann
aliquot editâ Romę; & pſalterio Æth
pico ex edit. Potken, Coloniæ in f
quamvis iſtud illo facilius ſubinde com-
parari queat. IV. *Tranſlatio Gr*
V. T.: cujus celebriores editiones ſu
ex correctione Romanâ; & Wech
Francofurtenſis cum variis lectionib
& collatione interpretationum Symm
chi, Aquilæ &c. Dicitur & N. T.
idioma ſeu dialectum hodiernis Græ
uſitatam tranſlatum alicubi ad edition
paratum eſſe. Quid de eo futurum
neſcimus. Exſtat in Bibliothecâ Seren
& Potentiſſ. Regis Magnæ Britann
alia ab eâ quam, habemus, tranſlatio
V. T. propidiem edenda, uti ſperam
Promiſerat Hugo *B*roughtonus nova
tranſlationem gr. ex Hebræo textu pr
pius expreſſam: ſed morte ipſius inc
buit illud opus in ſpongiam. Ioh. Druſi
veterum interpretum gr. tranſl. proph
tarum minorum conjectaneis illuſtrav
Idem in tranſl. gr. Ruth notas conſcri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Verſio Latina gr. Interpr. *Baſileæ* [prod]odiit anno 1 5 2 6. apud Cratan-[dr]um; & conjuncta cum bibliis Com-[pl]utenſ. Regiis, &c. V. *Tranſlationes* [La]*tinæ* ſunt 1. *Vulgata*; cujus plures edi-[ti]ones comparandæ, Una antiqua ante [R]eformationem: ſecunda poſt Refor-[m]ationem ante Concil. Tridentinum, [R]ob. Stephani aut Plantini, aut (ut [co]mpendium fiat) Iſidori Clarii, cum [ej]ſius interpolationibus & notis, aut cum [n]otis Ioh. Benedicti: tertia poſt Concil. [T]rid. Sixti v.: Quarta Clementis VIII. [Q]uinta Lovanienſium, cum notis. Cum [q]uibus conjunge Fr. Lucæ variantium [le]ctionum collectionem; & Thomæ [Ja]meſii Bellum Papale, ſeu concordiam [di]ſcordem &c. 2. *Sanctis Pagnini*; poſtea [in]terpolata ab Ariâ Montano. 3. Tigu-[ri]na Leonis Iudæ. 4. Munſteri. 5. Ca-[ſt]ellionis. 6. Lucæ Oſiandri filii, cum [n]otis; ſed quæ eſt vulgata paululum in-[te]rpolata. 7. Iunii & Tremellii. 8. No-[v]um Teſtamentum Eraſmi, & Bezæ. [9]. Henrici Stephani tranſlationes phra-[ſi]um & idiotiſmorum marginales. [V]I. *Tranſlationes Vulgarium* linguarum. ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſunt. 1. Belgica tum antiqua, rec
elaborata. cum quâ conferri poſſunt
tiquæ, apud Iacobum Lieſvelt Antw
piæ; & Ægidium van der Erve,
Leonardum ter Kinderen, & Nicola
Bieſtkens imprimis & N. T. Wttenh
vii, & alterum Faukelii. 2. Gallica G
nevenſis, & Lovanienſis. 3. Angl
Alani Pontificia; & reformata vetus
recentior. 4. Germanica Lutheri; D
tenbergii & Empſeri; Piſcatoris. 5. H
panica Cypriani di Valera: eſt & V.
Teſtamenti tranſlatio R. Davidis Ki
chi. 7. Italica Antonii *B*rucioli ex H
bræo & Græco; quæ quia haut pa
ſanior & accuratior eſt vulgatâ, atque a
tor ejus zelum purioris religionis ſpir
videtur, indicibus librorum prohibi
rum nunc pro ſcripta eſt, & vulgò non
haberi poteſt. Ejuſdem autoris N.
ſeorſim excuſum anno 1544. Venet
& dedicatum Leonoræ de Toleto d
ciſſæ Florentinæ. Tranſtulit & N.
Maſſimo Theophilo Florentino (p
*B*ruciolum) idque ut puritatem ling
Italicæ magis obſervaret. Vide ej
præfat. apologetic. præfixam libello c

c

it. Le ſemenza de l' Intelligenze del
N. T. Editum eſt & N. T. apud Ro-
uillium Lugduni anno 1552. Sed eſt
anſlatio Brucioli. Ex noſtris novam
anſlationem Italicam dedit Joh. Deo-
atus. Antiquas tranſlationes & edi-
ones bibliorum iſtis aliiſque omnibus
ulgaribus linguis ante tempora refor-
ationis, & Concilium Tridentinum,
mnes ut recenſeam, non fert ratio inſti-
ti noſtri. Tantum velim à bibliothe-
riis omnes & ſingulas inquiri, & publi-
s bibliothecis cuſtodiendas committi.
I I. Apocryphi grec. editi ſunt, cum
bliis grec. in folio edit. Romanæ,
Wecheli; utrobique cum variis le-
onibus. Et grec. latin. cum Bi-
s interlinearibus Ariæ Montani.
ide infra appendicem 3. Adde Jo-
phum Gorionidem à S. Munſtero
br. lat. editum; pſalmos Salomonis
à Joh. Lud. la Cerda editos una cum
ſcellaneis ipſius. Quib. accenſeri poſ-
t canones apoſtolorum, & epiſtola
ementis ad Corinthios nuperrimè gr.
evulgata. VIII. *Cenſuræ* in editiones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

& tranſlationes; earumdemque apolo-
giæ. 1. *In gr. 70*; Wittakeri, Chami-
aliorumque elencticorum de ſcriptur-
cum quibus conferendi Bellarminu-
Stapletonus &c. quos vide ibi cit. 2.
Vulgatam; eorundem: quibus adde F-
bri Stapulenſis, Vallæ, Eraſmi, Gu-
gnaei, Bezæ notas in N. T. & Joha-
Benedicti, Iſidori Clarii in tota bibli-
Adhæc Nicolai Taciti Zegeri Epano-
thotem in N. T. Denique Amama cen-
ſuram vulgatæ verſionis Pentateuch.
Defendunt eandem præter modo cit.,
recentioribus commentatoribus, Mald-
natus, Lorinus, A Lapide &c. Et
noſtris, Albericus Gentilis opuſculo p-
culiari, & Heinſius paſſim in notis ſuis
N. T. 3. *In Pagnini* & Ariæ Montan-
anonymi: cui reſpondit Arias in prol-
gom. ad biblia interlinearia. 4. *In Eraſm*
Stunicæ, Alberti Pii, Theologoru-
Pariſienſium: quibus diſtinctis apologi-
reſpondit Eraſmus. 5. *In Caſtellionis*; He-
rici Stephani in præf. ad N. T. gr. & B-
zæ paſſim in notis: cui reſpondit Caſte-
lio, ſed refutatus à Beza. 6. *In Tigurina*
N. N. cui reſpondit ex Tigurinis Johan-
ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

es Jacobus Tigurinus. 7. *In Germanicam* *Lutheri*; Melchioris Sangerii Germanicè in folio Moguntiæ 1605. Exſtant iam Empſeri, qui trecentas in N. T. depravationes Lutheri obſervaſſe ſe dicit. . *In Gallicam*; Cottoni tit. Geneve plagiaire; cum Reſponſo Turretini, & altro Tronchini; replicâ item Cottoni, triplicâ Turretini tit. *Recheute*, omnia Gallicè. 9. *In Belgicam* Anabaptiſtarum; brahami Coſteri. 10. *In Belgicam* vulgatam; Sixtini Amama, tit. *Bybelſche* *Conferentie*. 11. *In Anglicam*; priorem nostrorum Georgii Martini; quem poſtea defendit Wilhelmus Reginaldus. 12. In *Germanicam* Piſcatoris; Petri Piſcatoris Lutherani: cui Joh. Piſcator reſpondit. *Germanicam edit. Neoſtadii*; Iac. Andreæ, cui reſpondit Pareus anno 1592.; & Georgii Sigroert cui reſpondit idem Pareus anno 1591. 13. *In Latinam* Bezæ; Pontificiorũ paſſim, & Lutheranorum in commentariis & ſcriptis elenct.; & nuper Grotii in notis ad N. T. Denique ex noſtris, Heinſii non raro in notis ad N. . 14. *In Syriacam* editionem N. T. Tremellii; Genebrardi, cui reſpondet Fr.

Iunius tit. Specularii. 15. *In Chaldaic.*
V. T.; Helvici in libro de paraphra-
bus; & paſſim comentat. IX. *Notæ te-*
tuales perpetuæ; ut Gloſſa utraque inte-
linearis & marginalis; poſtilla Nic. -
Lyra, cum animadverſionibus Burgenſ-
& replicâ; Mariana, Franciſci Lucę, Ma-
tini Delrio, Immanuel Sa; Iohann-
Benedicti; Iſidori Clarii; Caſtellioni-
Munſteri; *Vatabli*; *Tremellii & Iuni*
Oſiandri filii; Piſcatoris; coment. te-
tualia ſeu Peruſchim Rabbinorum cu-
bibliis hebr. chald. Baſil. edit. in fol. *Dri-*
notæ ac commentaria omnia ad V. & N. T.
& linguis vulgaribus, ad biblia Gallic-
Germanica Piſcatoris, Italica Deoda-
Belgica. Imprimis comparandæ no-
majores Bezæ, & Eraſmi in N. T. Dein-
ſi cujus rationes hoc ferant, etiam Vall-
Camerarii, Illyrici, Heinſii, & Grot-
Omnia Merceri, in Geneſin ſcil., Iobu-
Salomonem, priores prophetas imprim-
habenda; & *Ainſworthi* in Pentateuchu-
Pſalterium, & Canticum, Anglicè. X. N-
tæ textuales perpetuæ in tranſlationes 1. *S-*
riacam N. T. Ludovici de Dieu, Troſt-
Tremellii: quibus adde Peakoci & E-

ze-

elii ad minores epiſtolas. 2. *Chaldaicam* Pentateuchi, Fagii. 3. *Hebraicam* Euangelium Mathei; Munſteri. 4. *Græcam* V. T. Flaminii Nobilii edit. Romanæ. Sixti v., Maſii in Ioſuæ; & Druſii in Ruth & prophetarũ minorũ, & comentatorum paſſim, imprimis Pontificiorum. . *Samaritanam* utramque pentateuchi, otæ Marini. 6. *Arabicam* Actorum & Epiſtol. ad Corinthios latinè tranſlatam, r. Iunii. XI. *Notæ textuales* & commentationes in loca ſelecta; aut difficilia; ut ohannis Alba, loca V. & N. T.; Caſauoni, Scaligeri, Schulteti in exercitationibus Euangelicis, & ad quaſdam epiſtos; Angelii Caninii & Nebriſſenſis in oca aliquot ſcripturæ; Corn. Bertrami lucubrationibus, Francothalenſibus; amuelis Petiti in variis lectionibus; Nicol. Fulleri in miſcellaneis ſacris; Tarnovii in exercitationibus ſacris; Hugonis Bronghtoni in variis opuſculis nglicis, quibus adde ipſius commentaos in Danielem angl. & latine, nos in Iobum anglice; Iohan. Morini xercitationes bliblicæ; Franc. Georgii roblemata; Petri Victoris notæ in N.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

T.; Kelleti miſcellanea, anglicè; Cam
ronis myrothecium cum ſpicilegio C.
pelli; Nec prætereundus eſt Maymon
des in More Nevochim. XII. *Conco*
dantiæ lat.; & hebraicæ V. T. antiqu
conſtructionis; & recentioris auto
Buxdorfio; concord. gr. V. T. auto
Kirchero; Et gr. N. T. Adde indice
repertoria, theſauros ad ſcripturam: om
nium vicem præſtabit Theſaurus Ma
lorati, aut ejus compendiū. XIII. *Lexic*
1. *Hebraica* V.T. Pagnini, & *Buxdorfi*
2. *Græcum* N. T. Paſoris; cui jung
Math. Martinii Cadmum Græco-Phœ
nicem, ubi Græca non pauca V.& N.T
partim explicantur, partim ad origine
Hebraicas reducuntur. 3. *Targumicum*
Buxdorfii. 4. *Syriacum* N.T., Chriſtopho
Crineſii. Confer reliqua lexica gr., heb
& orientalium linguarum, ut & Medic
Philoſophica; Græca, imprimis *Heſychi*
Pagnini cum notis Merceri, Cevaller
Bertrami; & Lexicon Schindleri; & Ono
maſticon Math. Martinii. De quibus ſu
pra in apparatu artium & linguarum
5. *Ad Lexica* referimus, Placii lexico
biblicum, Iohannis Ferdinandi theſaur

ſcripturæ

ſcripturæ, Clavem ſcripturæ Illyrici, & Veſthamerum de tropis ſcripturæ, & Lexica quævis theologica; & Godefridi Tilmanni allegorias & tropologias ſcripturæ; Et Semenze de Intelligenze &c. autore Maſſimo Theophilo Italicè. XIV. *Onomaſtica*, quæ explicant nomina propria, aut voces exoticas, quale eſt Lud. Heliſter tit. Onomatographia ſacra; & Pagninis, ſubjectū lexico N. T. Confer Druſii voces N. T. & Lexicum Geographicum Ortelii; de quo infra. XV. *Philologi ſacri* qui phraſes & idiotiſmos ejus grammaticè Rhetoricè & philologicè explicant: quales Glaſſius in philog. ſacrâ part. duabus; Mercerus, Druſius, Piſcator, imprimis in N. T.; Heinſius, Grotius, Caſaubonus, Scaliger, & reliqui modo num. XI. indicati. Henrici Stephani præfatio N. T. gr. in 16°. præfixa, quæ agit de puritate dictionis in N. T. Sebaſtiani Pthochenii tract. peculiaris de eodem argumento. His adde Theſaurum grammaticum Buxdorfii, & Glaſoris opuſcula lexico, & manuali N. T. ſubjecta; denique apparatum grammaticum linguarum Orientalium, quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſupra ſect. prioris, cap. 2. 4. & 5. indic[illegible]
Confer lib. 1. cap. 14. Denique Rhe[illegible]
ricam Alſtedii, quam ab Oratoriâ [illegible]
ſtinctam edidit. XVI. *Critici ſacri*. 1. *[illegible]*
ſora parva & magna, edita cum Bib[illegible]
Baſilienſibus Buxdorfii in fol. 2. *Tibe[illegible]*
ſeu clavis Maſoræ, ejuſdem Buxdo[illegible]
3. *Variæ* lectiones N. T. annotatæ in [illegible]
T. gr. ex editione Roberti Stephan[illegible]
Wecheli in fol. & in 16°. Et Criſpini[illegible]
16°. Et cum bibliis gr. Wecheli in f[illegible]
& in Bezæ notis majoribus, ubi in eas [illegible]
quirit. XVII. *Antiquarii ſacri*. 1. [illegible]
univerſam hiſtoriam ſacram explicant &[illegible]
luſtrant; quales Torniellus, Salian[illegible]
Capellus &c. quos vide recenſitos ſect[illegible]
cap. 9. 2. *Qui perſonas ſacras* deſcribu[illegible]
earumque genealogias: vide Ibidem, [illegible]
l. 1. c. 15. Confer Aretium probl. par[illegible]
3. *Qui res, mores*, ritus tam ſacros qua[illegible]
profanos ſive in totum, ſive ex parte e[illegible]
hibent; quales Arias Montanus in an[illegible]
quit. Scriptores Reipubl. Hebræoru[illegible]
(quos vide infra cap. 21. 23.) Deniq[illegible]
Seldeni ſyntagma de Dis Syris; Ch[illegible]
fletius de linteis ſepulcralibus Chriſ[illegible]
Lipſius de cruce; Imprimis & Samu[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

Petitum in variis lectionibus. Adde Thalmudem, & ſcriptores Thalmudicos Judæorum; inter quos imprimis commendo Maynimonidæ Iad. Caſaka cum comentatoribus. Et ex Chriſtianis Buxdorfium in ſynagogâ Iudaicâ; Conſtantinum l'Empereur in coment. ad tractatus quoſdam Thalmudicos, & ad comentaria Iahiadæ in Danielem; Cocceium item ad Sanhedrim; Sichardum de Iure regio Hebræorum; Seldenum de ſucceſſione, de Iure naturali Gentium &c. Ejuſdem mare clauſum; Buxdorfium in abbreviaturis & grammat. Chaldaicâ; ubi per occaſionem nunnulla ſcripturæ loca explicantur. XVIII. *Adagia ſacra* Delrio, & Andr. Schotte. *Theologia ſymbolica* Maximil. Sandei. *Arithmologiam ſacram* dare voluit Petrus Bongus de Myſteriis numerorum; de quo quid judicandum; ibi dicetur. Brougthonus etiam collegit omnia quæ eodẽ numero conſtant, in libr. angl. & belg. cui tit. *Repræſentatio* &c. Conferenda hic adagia Hebraica Druſii, & gr. lat. Eraſmi & aliorum; & hæc ænigmatum, paradoxorum &c. ſcriptores. XIX. *Chronologi ſacri.* Vide

 ſupra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſupra ſect. prioris cap. 9. & lib. 1. c. 1
quibus adde imprimis chronotaxin ſac
Adrichomii, & chronotaxes, quas co
mentariis ſuis præmittit Corn. à Lapi
XX. *Topographi ſacri.* Vide lib. 1. ibide
& hoc libro ſect. priori cap. 17. XXI *A*
chitectonici ſacri: vide lib. 1. ibid. & ſec
prioris cap. 13. & 17. XXII. *Philoſo*
ſacri: Vide lib. 1. cap. 16. & ſect. prio
cap. 10. 11. 12. 13. 14. 21. XXIII. *Me*
ſacri: Vide ſupra ſect. 1. cap. 14. & lib.
cap. 16. XXIV. *Iuridici ſacri*: Vide ſe
1. cap. 22. XXV. *Conciliationes* ἐναντιο
φανῶν; ut Auguſtini; & ex recentio
bus Weſthameri, Cumirani; Polya
dri (gall. & belgice) Hermanni Bo
qui ex patribus (quorum verba & lo
annotavit) conciliationem inſtituit: e
dem fere modo hoc egit Henr. Sachſi
His adde Fr. Iunii parallela; & Gera
Bergomenſis conc. V. T. cum N. XXV
Qui dubia ad ſcripturam diſſolvunt, &
problemata reſpondent; ut Theodor
tus in ἀπόροις τῆς θείας γραφῆς; Fra
ciſcus Georgius in problematis; Spa
hemius in Dubiis Euangelicis. Con
comentar. Parei, & Willeti. XXVII.

lenc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ictici textuales; qui notas textuales elen-
icas cum ſcripturâ ediderunt; ut Fran-
ſcus Coſterus in N. T. belgicè, in fol.;
nglo-Rhemenſes anglicè: quos doctè
futârunt Fulco & Cartwrightus, angli-
: quibus addendi Renatus Benedictus,
Joh. *Paladanus* qui ad loca à noſtris ex
ripturâ allegari ſolita peculiaribus
ict. reſponderunt. XXVIII. *Conferendi*
primis præſtantiores quique Elenctici
heologi, ad expoſitionem locorum dif-
ilium & controverſorum. Vide eos
loco indicatos. XXIX. Locorum
mmunium ſcriptores; cum Schola-
cis ad Lombardum & Thomam. XXX.
ſuiſtæ, Theologi morales, & practici.
XXI. Jus Canonicum, & Canoniſtæ.
XXII. Scriptores rituales, & liturgici.
XXIII. *Notæ*, comentaria, & cenſuræ in
ros aprocryphos; vide infra append. 3.
XIV. Qui conciliorum canones & acta,
res, ſcriptores eccleſiaſticos, rituales, &
rgicos notis, aut comentariis illuſtrant.
de infra cap. 7. & 7. Conferendi, ubi
us, patres ſi quem ſcripturæ locum ex-
nunt, in ſcriptis exegeticis, aut homi-
icis, aut elencticis. XXXV. Qui ſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ptores Judæos, Thalmudicos, aut Rab-
binicos, aut eos, qui gr. ſcripſerunt, u
Philonem, Fl. Joſephum cum notis au
comentariis ediderunt. Vide eos in ap-
paratu patrum, & linguæ Hebrea
XXXVI. *Scriptores Philologi* qui aliud agen-
tes ſubinde lucem inferunt locis ſcriptu-
ræ. Occurrit hic 1. *Theſaurus* Criticus
Grutero editus; cui index locorum ſcri-
pturæ additus. 2. *Miſcellanea* critica
philologica; variæ lectiones; ad verſ
ria; ſyntagmata antiquitatum univerſali
& particularia de funeribus, nuptiis, ſalt
tionibus & luſibus & agoniſticis, ſort
bus, nummis & menſuris, de coronis,
ſacrificiis, de feſtis, de theatro & Muſi
&c. Quorum omnium indices, percu
rendi, & enotanda quæ ad ſcripturæ lo
ἐν παρόδῳ commentantur. 3 *Commenta*
& notæ, ad autores quoſque profan
præſertim oratores, poëtas, hiſtorico
Hic iterum indices percurrendi. 4.
profeſſo magis legenda miſcellanea Jo
Ludovici à Cerda, & ſimiles autores, q
multas phraſes & antiquitates ſcriptu
illuſtrant. 5. *Sic etiam* qui commentati
nes antiquarias aut philologicas occaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

e ſumptâ ex ſcripturâ, aut ad certa loca
ripturæ conſcribunt: ut Meurſii Areo-
agus; Lipſius de Cruce; Chifletius de
nteis ſepulcralibus Chriſti; *Ritters-
uſii libri* 8. *ſacrarum lectionum.*. Sed hæc
mnia ab utriuſque literaturæ ſtudioſo
ıxta ordinem librorum & capitum ſcri-
turæ in chartâ ſeorſim, aut ad exemplar
ibliorum annotari poſſent. Autores phi-
ologos præcipuos ſupra ſect. 1. cap. 1.
ſque 10. recenſuimus. XXXVII. *Scri-
tores* præſtantiſſimi; Philoſophi, Medici,
uriſconſulti; ſyſtematici, elenctici, com-
nentatores: conſulendi imprimis, ubi
ca ſcripturæ explicanda occurrunt, quæ
ſorum profeſſionem aliquâ ratione at-
ngunt. Compendium faciet theologus,
à viris, in iſtis exercitatis conſcribi ſibi
etat indiculum aut repertorium ejuſmo-
i locorum: ita ſemper ubi opus fuerit,
d ipſos autores nullo negotio recurret.
Quod ſi hoc non detur; ipſe loca enotet,
mprimis ex illis autoribus, qui ea ſubinde
llegare ſolent aut quocumque modo at-
ingunt: quales indicavimus, in appar.
Philoſophico, Medico, Iuridico. XXXVIII.
Comentaria allegorica, anagogica &c. Ex
profeſſo inter recentiores hoc egit Dida-
cus

cus de Baëza in comentariis allegoric tropologicis de Chriſto figurato in v. t. Confer vulgares comentatores Pontifi cios, & Riberam, A Lapide &c., e antiquis Origenem; Et *Theologiam ſym bolicam Sandæi* ſupra cit., & Ant. de Ram pelogis Auguſtiniani expoſitionem figu rarum ſcripturæ. Item allegorias e ſcriptis Lutheri collectas à in 8°. Deniq & comentaria Rabbinorum, quæ *Midra ſchim* appellant. Vide autores ſcripturario alias in claſſes diſtributos apud Sixtum biblioth. lib. 4. pag. 401.

APPENDIX I.

De comentatoribus particularibus.

PAtres, intermediæ ætatis ſcriptores, et Pontificios non eſt quod indicē: requi rāt eos ſtudioſi in Sexto Sinenſi, & in Poſ ſevini ſacro apparatu, & bibl. ſelectâ: Om nes fere antiq. & recentiores, Pontificios & noſtros latina & anglica linguâ &c.: exhibet *catalogus interpretum ſcripturæ in* bibliothecâ Bodleianâ Oxonii editus olim à Jameſio, nunc auctior recuſus 1635. Ibidem etiam comparent Rab-

bini;

bini: ſed conferenda biblioth. Rabbinica Buxdorfii, ubi indicium, & judicium habebunt Φιλομαθεῖς. Tantum hic oſtendam quis delectus ſit habendus, & ſaltem neceſſarios aut præſtantiores aliquos indicabo. I. In Geneſin Mercerus, Pererius, Pareus, Willetus, Rivet. II. In Exodum; Willetus, Pererius, Rivetus. III. In Leviticum; Willetus, anglic. IV. In Numeros; Chriſtoph. Pelargus; & Wilhelmus Atterſol, angl. V. In Deuteronomium; Pelargus, Ioh. Wolphius, Corn. à Lapide, & Ainſworthus anglicè; qui in totum Pentateuchum. VI. In Joſuam, *Maſius* & *Serrarius*. VII. In Judicum, *Martyr*, Arias Montanus, Lavaterus, Serrarius. VIII. In Ruth, Druſius, Iohan. Wolphius, Lavaterus, Gaſpar Sanctius. IX. In Samuelis & Regum libros, *Martyr*, & Gaſpar Zanctius. X. In libros Paralipom. *Lavaterus*, & Sanctius. XI. In Eſdram; Wolfius, Sanctius, Lavaterus. XII. In Nehemiam, Sanctius, Lavaterus. XIII. In Eſther, *Serrarius*, Sanctius, Druſius, & Merlinus, gallicè. XIV. In Jobum, Catena Græca, *Mercerus*, & Pineda. XV. In Pſalmos;

R. David

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

R. David Kimchi, qui etiam in latinu
tranſlatus; adhæc Mollerus, Simeo
Muis; ſi quis volet addat, Lorinum,
Calvinum. Omninò a. comparand
Rivetus in decada Pſalmorum. xvi. I
Proverbia; Mercerus, Lavaterus, Cor
à Lapidè. Meminit Corn. à Lapide C
tenæ Hebræorum, autore Giggæo. Se
non vidi. xvii. In Eccleſiaſten, Me
cerus, Iohannes Coſteus, Lorinus, Co
nel. à Lapide. xviii. In Canticum
Mercerus, Delrio, Corn. à Lapide
H. Ainſworth anglicè; Godefrid
Udemans, & Henricus Geiſteranus, be
gicè. xix. In Jeſaiam; R. Abarb
neel, Calvinus, Corn. à Lapide, Scult
tus. xx. In Ieremiam; R. Abarbane
Corn. à Lapide, Amandus Polanus. I
Threnos, A Lapide, Martyr, Toſſanus
& Ioh. Hull angl. belg. xxi. In Ezekie
Fr. Iunius, Villalpandus: quod ſi ſumtu
illos quis non ferat, contentus ſit Cor
à Lapide. xxii. In Danielem, *Brought*
nus, *R. Iachiades*, cũ notis Conſtant. l'Em
pereur, Pererius, Corn. à Lapide; & qu
fere inſtar omnium, *Willetus anglicè*. xxii
In Prophetas minores; Corn. à Lapide

Tarno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

arnovius, Druſius, Mercerus in quinae priores; R. Abarbaneel. XXIV. In Oſeam, Rivetus; qui inſtar omnium. XV. In Ioëlem; David Pareus; Topſel, glicè. XXVI. In Amos, David Pareus; ebaſt. Benefield in duo capita. XXVII. Obadjam, Iohannes Raynoldus. XVIII. In Ionam, lectiones Kingi & eorgii Aboti angl. XXIX. In Micha, avid Cythræus; *Nahum*, Idem & Luvicus Crocius; *Habacuc*, Cythræus & inckelmannus; *Zephaniam*, Winckelannus; *Aggeum*, Idem & Frider. Balinus; *Zachariam*, Frid. Balduinus, & .Pemble anglicè; *Malachiam*, Polanus. x. In Euangeliſtas; Calvinus, Corn. à pide, & Chemnitius. XXXI. In Mateum, Pareus, Pelargus. XXXII. Marcum, Daneus. XXXIII. In Lum, Toletus & Stella. XXXIV. In Ionnem, Muſculus, Toletus, Pelargus. xv. In Acta, Calvinus, Zanches, Corn. à pide. XXXVI. In Epiſtolas Pauli, Calnus; Ex Pontificiis, Cornelius à Lade, imprimis Eſtius. XXXVII. Ad Roanos, Martyr, Pareus, & inſtar omnium *illetus*, & *Gomarus*. XXXVIII. In prio-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

rem ad Corinthios, Martyr & Pareu[illegible] xxxix. In poſteriorem ad Corinthi[illegible] Muſculus, Fridericus Balduinus, G[illegible] Sclatter angl. xl. In Epiſt. ad Galat[illegible] Pareus & Perkinſus. xli. Zanchius[illegible] Paulus Baynes, cap. 1. & 6. angl. bel[illegible] xlii. In Epiſtolam ad Philippenſe[illegible] *Gomarus*, Zanchius; Henr. Airay. xl[illegible] Ad Coloſſenſes, *Gomarus*, *Davenant*[illegible] xliv. In utramque ad Theſſalonicen[illegible] Zanchius, Sclatterus angl., *Gomar*[illegible] xlv. In priorẽ ad Timotheum Daneu[illegible] in utramque Eſpenceus. xlvi. Ad T[illegible] tum, idem Eſpenceus, & ex noſtris Io[illegible] Crocius. xlvii. Ad Philemonen[illegible] *Gomarus*, Daniel Dijck, angl. xlvii[illegible] Ad Hebræos, neminem adhuc nov[illegible] quem putem huic negotio melius ſat[illegible] feciſſe quam *D. Gomarum*. xlix. [illegible] ſeptem Epiſtolas canonicas, Corneli[illegible] à Lapide, & Mejerus anglicè. l. [illegible] Epiſt. Jacobi, Iac. Laurentius; in utran[illegible] que Petri Fr. Gomarus. Exſtant & ali[illegible] rum commentaria anglicè aut latinè [illegible] eaſdem Epiſtolas, & ſeorſim in Epiſtola[illegible] Jacobi; aut Petri, aut Iohannis ſeorſim[illegible] ſed quia non tam comentantur, quam co[illegible]

cept[illegible]

ceptus prædicabiles congerunt, conſulto
hic prætermitto: duobus ſolum indica-
tis, Perkinſo & Willeto in Epiſtolam
Judæ. LI. In Apocalypſin, auctor Har-
moniæ apocalypticæ, & Pareus; adde &
Brightmannum propter variam eruditio-
nem: quamvis non putem in explicatio-
ne fili hiſtorici illum obtinuiſſe, quod vo-
luit. Ex Pontificiis Ribera & Corn. à
Lapide. LII. Confer imprimis appara-
tum concionatorium de quo cap. præ-
ced.

* APPENDIX II.

*Authorum, qui omnes omnium con-
ceptus & interpretationes ſubinde
conferre volentibus non inu-
tiles ſint.*

QUi ſcribunt Iſagogas ad ſcriptu-
ram & regulas eam interpretandi;
Pagninus, Franc. Ruizius, & paſſim
Salmero, Corn. à Lapide in prolegome-
nis comentariorum. Conferri poſſunt
locor. comm., & elenctici ſcriptores, de
ſcripturâ,

ſcripturâ, (inter quos Rivetus) & pr
cognita Theologica, ſupra cap. 1. II. S
nopſes, compendia, ſummæ, abbrevi
tiones, œconomiæ &c. verſibus, aut p
ſâ, aut tabellis comprehenſa: de quib
lib. 1. cap. 14. adde ibi citatis *Georgii E*
ri Oeconomiam Bibliorum. III. Partitio
& analyſes. Piſcatoris in totam ſcript
ram: cum quibus confer in varios ſc
pturæ libros, Parei, Cartwrighti, in E
angeliſtas, Franc. Iunii, in pentateuchu
Ezechielem, Danielem, Matheu
Rolloci in Iohannem & epiſtolas aliqu
Pauli; Malcolmi in acta. IV. Qui fl
res, & eclogas ſcripturarias edunt. V. I
raphraſes, ut Eraſmi in N. T.; Pineda,
Pembel angl. in Eccleſiaſten; Campe
ſis & *Beza* in Pſalmos &c. His adde po
ticas: ut Apollinaris in Pſalmos
Aratoris in Acta, Sedulii de vitâ & mi
culis Chriſti, Georgii Viviani in Eccl
ſiaſten, Andr. Hoji in Ezechiëlem, M
leri gr. in proverbia Salomonis, & co
plures ejuſmodi veterum ac recenti
rum, quos vide enotatos apud Bellarm
de ſcriptoribus eccleſiaſt. & Poſſevinu
in apparatu. Tantum hic indicamus
noſtr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

ſtris , quos illi quamvis præſtantiſſimos
æterire ſolent ; e. gr. Buchanani ,
ezæ , Eobani Heſſi , Berſmanni Pſal-
os ;& gr.ab H.Stephano(ni fallor)edit.
uc conferri poſſunt Saluſtii Bartaſii
bdomades. Ne quid dicam de pſalmis
etricis gall. ital. german. aliiſque vul-
ribus linguis. Inter omnes maximè
miror rationem compoſitionis metri-
, quam primus, ni fallor, adhibuit Ioh.
inſworthus anglicè ; quamque ipſum
itatus , ſecundus (quod ſciam) & qui-
m artificioſiſſime ſervavit Ant. de Huy-
rt I. C. belgicè, viri hoc nomine per-
tua laude digniſſimi. VI. Sunt & dia-
gi , dramata ex ſcriptura deſumpta ;
dialogi ſacri Caſtellionis ; Nazianzeni
hriſtus patiens ; Bezæ Abrah. ſacrifi-
ns ; Grotii Adamus Exul & Chriſtus
tiens ; Buchanani Iepthes & *Baptiſtes*;
m Laurimanni, Macropedii, Schonæi
dicti Terentii Chriſtiani) comœdiæ
ædam ſcripturariæ. VII. Meditatio-
s practicæ , & precationes ad ſcriptu-
n ſacram ; quales textuales meditatio-
s in pſalmos , paſſionem Chriſti , &c.
licamus lib. I. cap. 17. Tales & pre-

cationes

cationes Martyris in Pſalmos, & gal
in eoſdem cum Pſalteriis quibuſdam g
licis editæ. VIII. Comentaria practi
qualia e. g. Cartwrighti in hiſtoriam E
angelicã. IX. Conciones & homiliæ
integros libros, aut capita, aut ad ſelecto
textus ſcripturæ: de quibus vide c.
præced. X. Sixti Senenſis cenſuræ
comment. V. & N. T. lib. 5. & 6. bibli
XI. Ejuſdem confutatio hæreſeωn con
V. aut N. T. in genere & contra libros ſi
gulos. lib. 7. & 8. Confer diſp. de auto
tate ſcripturæ, & de Inſolubilibus.

* APPENDIX III.

Continens.

Apparatum librorum Apocryphorum

I. DE Libris apocryphis in gener agitur in locis commun., tit. ſcriptura. II. Tranſlationes apocryph rum Orientales ut Syriaca, Arabica Æthiopica, Perſica, Coptica, Arm nica, item Ruſſica ſeu Moſcovitica, an quæ qualeſve ſint, hactenus Occidenta bus non ita conſtare potuit: quod iſt rum apud eos nulla ſit copia; ſaltem nu læ ſint editæ. III. Græcè quicunq exſtant, habentur in gr. edit. bibliorum

quibus ſupra; ut & in bibliis interli-
aribus Ariæ Montani: qui v. latinè
ntum exſtant, ii comparent in omnibus
bliis tranſlationis vulgatæ, & inde tra-
cti in editiones bibliorum ex tranſlatio-
Pagnini, Tremellii &c. iv. Tobias
linguam hebræam traductus, & edi-
tum à Munſtero, tum à Fagio. v.
dith hebr. ex tranſlatione ejuſdẽ Mun-
ri. vi. Ad eorum explicationem
hilologico-textualem faciunt, con-
rdantiæ gr. V. T. Kircheri, ubi etiam
ta ex apocryphis annotata. Hic con-
enda lexica, & apparatus linguæ græ-
; de quo ſect. 1. cap. 4. vii. Com-
entarius in Baruch, inſtar omnium ſit
orn. à Lapide, qui editus eſt cum com-
entar. ejus in Ieremiam. viii. In
umenta Danielis; Ejuſdem in coment.
Danielem. ix. In aſſumenta Eſthe-
Serrarii in coment. in Eſther. x. In
obiam, Druſii & Serrarii. xi. In Ju-
th, Serrarii & Celada. xii. In ter-
um & quartum Ezræ qui ſcripſerit, ne-
inem novi. xiii. In Sapientiam,
oeſchelii philologicè; & Lorini cum
orn. à Lapide, theologicè. xiv. In
cleſiaſticum Syracidæ, Camerari, Dru-
ſii

ſii, Hoeſchelii philologicè, & Cornel
à Lapide theologicè. xv. In libr.
Machabeorum, Druſii philologicè
Serrarii theologicè. xvi. In libr.
Machabeorum, idem Serrarius. xv
Ad cenſuram & refutationem libroru
apocryphorum faciunt lectiones Ioh.
Raynoldi, quas merito omnis eruditio
penum appellare queas.

* *Appendicula ad Apocrypha.*

1. IOſephus Gorionides hebr. lat.
editione Munſteri in fol. 2. Com-
pendium hiſtoriarum Ioſephi hebr. l.
complectens acta 70. interpr., geſta M-
chabeorum & Herodum, Excidiu
Hieroſolymit., & decem captivitat
Iudæorum, edit. Baſileæ in 8°. per Se-
baſtianum Lepuſculum hoc tit. *Ioſipp*
de bello Iudaico &c. 3. Flavius Ioſephu
4. Philo Iudæus. 5. Pauli Eberi,
Alexandri Capelli epitomæ rerum Iud-
carum à reditu ex captivitate uſque
Chriſtum. 6. Confer Euſebii Chron-
cum cum caſtigationibus Scaliger

eunden

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

undemque de Emendatione temporum;
t Sigonium de Republ. Hebræorum;
enique Scripta adverſa Druſii, Scalige-
, Serrarii de ſectis Judæorum. 7. De
ſalmis Salomonis, epiſtolâ Clementis
l Corinthios, Canonibus apoſtolorum,
pra dixi num. 7. Addo nunc, Opera
lementis Romani, Abdiam Babyloni-
um, Epiſtolam Martialis, & ſimilia κίβ-
ηλα, quæ ſæculo apoſtolico ſupponun-
r: quo jure vide in Coci cenſurâ pa-
um. 8. Symbolum quod vocant
poſtolicum (de cujus autoritate egimus
iſp. peculiari) multi comentariis illu-
rârunt: quos vide in indice interpretum
ript. bibliothecæ Oxonienſis. Nos ſu-
a commendavimus Perkinſum. 9. De
mbolis Athanaſii, Niceno, Chalcedo-
nſi, eorumque editionibus alibi agen-
m eſt: in politiæ eccleſiaſt. part. 3. Et
s diſp. de ſymbolis. Vide & Gerar-
m Johannis Voſſium de ſymbolis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

CAP. V.

De apparatu Theologiæ Elencticæ.

* *Apparatus Generalis.*

I. Theologia Elenctica faſciculo qu[illegible] complectens controverſias cap[illegible] tales per totam theologiam, quæ ho[illegible] agitantur. Sed certum autorem ej[illegible] qui ſolidè, compendiosè & accommo[illegible] tè ad noſtra tempora hoc agat, hacten[illegible] non vidi. Exſpectandum eſt ergo [illegible] nec tam diu deſiderata elenctica Clar[illegible] D. Altingii aliquando prodeat; quæ [illegible] S. in manibus diſcipulorum nunc pa[illegible] verſatur, ſed pro captu cujuſque ex p[illegible] lectionibus ipſius ſæpe haut ſatis felic[illegible] ferruminata. Utiliſſimum eſſet o[illegible] ſtudioſis noſtris, ſiquidem viro ad [illegible] edenda difficili vacaret propria manu e[illegible] limare. II. Apparatus locorum co[illegible] munium: ex quo inter alios ſtudioſus [illegible] ſeliget *Ameſium*, *Makkovium*, *Clutonem* [illegible] *nopſin Profeſſorum Leidenſium*, *Zanchium*, [illegible]

no[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

-um, *Martyrem*. Addat cujus rationes ita
-runt, Meiſneri anthropologiam, &
Chriſtologiam; ſyntagma Polani, locos
communes Ioh. Gerardi; denique, ſi ita
-ſum, noſtras diſputationes, quæ ad va-
-as controverſias earumque ſcriptores
-dicis vicem præſtabunt: cum quibus
-ngendus ſyllabi problematum prior
-ars, nunc edita; quam altera propediem,
(Deus volet, ſubſequetur. III. Appa-
-tus theologiæ textualis: ex quo ſtudio-
-primo ſibi conſulenda proponent, Du-
-a Spanhemii, & comentar. *Willeti*,
-*rei*, *Riveti*, in aliquot libros ſcripturæ;
-primis etiam *Fr. Gomari*, Compendium
-quod laboris facerent ſtudioſi, ſi ſylla-
-um continuarent præcipuorum locorum
-æ pro utrâq; parte adferuntur, anno-
-tis præſtantiſſimis quibuſque & omnis
-neris autoribus, qui ad loci cujuſque
-plicationem & vindicias maximè face-
-nt. Nos tale quid moliti ſumus; ſed
-trema manus nondum impoſita. IV.
-criptores hæreſeωn, quales *Gennadius*
-*m* commentario Elimenhorſtii; Epi-
-hanius; Philaſtrius; Theodoretus;
-eontius de ſectis; Harmenopulus de

 ſectis;

ſectis; Panoplia Euthymii; Auguſtin
cum commentariis Danei; Guido C
melita; Nicetæ Choniatæ theſauru
Luxemburgius; A Caſtro; *Pratecl*
Sebaſtianus Medices; Petrejus; Co
Schluſſelburgius; Hartmannus Springli
v. Apparatus ſcholaſticus: Ex quo p
mò ſeligendus recentior aliquis diſput
tor, qualis Becanus in Theolog. Scho
ſtice; & unus ad ſummam Thomæ, qu
lis e. gr. Gregor. de Valentia, aut S
vius. Quibus addi poſſunt, lexicon the
logicum Altenſtaig, & diſtinction
Caſtanei. vi. Conferendus apparat
Theologico-Philoſophicus, de quo i
fra cap. ult. Et autores qui tractant co
troverſias Metaphyſicas ac Pneumatic
vii. Quæſt. ſcriptores. Hic occurru
Quæſt. Baſilii, Iuſtini Martyris, *Auguſti*
in v. t., Anſelmi; probl. Aretii; Quæ
Barthol. Sibyllæ; Quæſt. Alphonſi Me
dozæ; Albertini quem vide in appara
theologico-philoſophico; Bezæ quæ
& Reſp.; Quæſtiones Fr. Junii; Da
nantii determinationes; Nicolai Vede
Quæſtiones controv. centum & quinqu
una cum colleg. theolog. diſp. excuſ
Fr. Georgii probl. Adjungi poſſũt quæ

n

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

on paucæ ex Sphinge Theologico-
hiloſophicâ,& Middendorpii quæſtion.
olitico-theol. Nec prætereunda mille
uæſita Auguſtini collectore Tribeſco
rixiano. VIII. Ex apparatu patriſtico
etur imprimis manuductione & indicio
lemenhorſtii ad Gennadium; Perkinſii
problemate catholico; Danei in com-
entar. ad Auguſtini Enchiridion, &
l 1. libr. Lombardi; & Voſſii in Theſi-
us Theologicis. IX. Philologiæ, &
iticæ tum ſacræ tum communis, nec
on hiſtoriarum, chronologiæ &c. im-
rimis ſi controverſiæ ſint hypotheticæ:
e quibus apparatibus ſuo loco. X. Præ-
pponimus apparatum artium & philo-
phiæ, imprimis Logicæ, Rhetoricæ;
etaphyſicæ, Phyſicæ: ſine quo nemo
liciter controverſias tractabit. Huic ad-
e utiliſſimum tractatum Simonis Vaz
arboſa cui tit. Principia & loci com-
unes ſeu regulæ tam deciſionum, quam
gumentorum utriuſque juris, &c. Hic
. imprimis uſui erit circa conſequentias
ajorum, & regulas conſequentiarum
æſertim in controverſiis practicis, & ca-
bus. De effatis ſeu axiomatis philoſo-
hicis, diximus ſect. 1. cap. 7. nec hic re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1123 J 32

petimus. In mentem nunc venit, ſimi
effata ſeu axiomata, & regulas aliqu
occurrere in ſcripturâ; quæ inde colli
& ordine alphabetico diſponi poſſen
x. Autores duo quorum alter ex pr
feſſo in particulari aliquâ controver
(e. gr. de cœlibatu clericorum, de juſ
ficatione per opera, de peccato venia
&c.) affirmantem; alter vero negante
tuetur. Hi duo incipientibus erunt i
ſtar omnium & tales indicamus, eorum
que delectum docemus in iis controve
ſiis, quis editus noſtris diſputationibus a
tingimus: in aliis privatim, in prælecti
nibus locorum communium, & priv
tim ſciſcitantibus. Aliquam parte
indiciorum ejuſmodi vulgavſt catechiz
tio noſtra in catechiſm. Remonſtrant
cum. Sed majorem apparatum requir
qui ipſe de novo commentari, ac propri
ſolidoſque conceptus formare intend
xi. Ad controverſias cujuſque ſectæ ſe
profeſſionis penitiſſimè cognoſcenda
ab eorum parte e. gr. Judæorum, Soc
nianorum, &c. requiritur 1. *Principiu*
aut quaſi principium, ſi quod habent pr
ter ſcripturam, aut loco ſcripturæ;

Alcoranus Saracenorum, Thalmud Judæorum, Liber mirabilium Davidis Georgii, Henrici Nicolai ſpeculum juſtitiæ. 2. *Confeſſio*, e.gr. Miniſtrorum Antitrinitarior. in Tranſſylvaniâ, Remonſtrantium &c. 3. *Catecheſis* publica, e. gr. Socinianorum, Concilii Tridentini, &c. 4. *Liturgica*, gr. Pontificiorum Miſſale, Rituale, Breviarium, &c. 5. *Politia eccleſiaſt.*, ſeu conſtitutiones, e. gr. Jus Canonicum, conſtitutiones Epiſcopales in Angliâ 1603. 6. *Concilia*, ſeu decreta & canones Conciliorum, ut Concilii Tridentini. 7. *Colloquium*, aut colloquia publica, ſi quæ de iſtius profeſſionis controverſiis habita fuerunt; ut Mompelgardenſe, Maulbrunnenſe, Francothalenſe, Embdanum, &c. 8. *Apologiæ* publicæ, aut quaſi publicæ ſi quæ editæ item cenſuræ, refutationes; ut apologia confeſſionis Remonſtranticæ cenſura Pariſienſium adverſus Eraſmum; Colonienſium adverſus Priorum, & catecheſin Monhenii. 9. *Concilia*, conditiones, & formulæ, ſeparationis propter controverſias iſtius profeſſionis; & rurſum ſyntreciſmi & unionis; ſuper iiſdem contro-

verſiis ut, liber Concordiæ, Liber Inte-
rim, Caſſandri conſultatio. 10. Priva-
in eodem hoc genere ſcripta ſunt, e. g.
Andradi defenſio Concilii Tridentin-
Brentii apologia confeſſionis Wittebe-
genſis c. A. Soto. 11. *Hiſtoria* cuju-
que profeſſionis, & quidem ab ipſis auto-
ribus conſcripta cum apologiis & repli-
cis, ſi quæ editæ ſint: e. gr. Hiſtoria I-
reformabilis Papatus deſcripta à Lauren-
tio Surio, Cochleo, Jovio &c. Sic hiſto-
ria ſacramentaria à Cluverio in hiſtoriâ,
Lutherano iſto qui mellificio Pezelio
Lampadiano à ſe edito cenſuras ſubjeci-
Huc referrenda cujuſque profeſſion-
Martyrologia. Confer apparatum theo-
logiæ hiſtoricæ. 12. Autor aliquis pro-
batus, qui omnes controverſias alicuju-
profeſſionis explicat, aut breviter, ut Oſto-
rodus in Inſtitut., Becanus in Manuali;
aut fuſè & prolixè, ut Bellarminus
Volckelius, Smalcius contra Smigle-
cium & Franzium. XII. A parte ortho-
doxorum iſti requiruntur. 1. *Publicum*
aliquod, aut quaſi publicum nomine ec-
cleſiæ ſive eccleſiarum, aut ſcholæ ſive
ſcholarum editum examen confeſſionis

